



PROVER-

BIALIVM VERSVVM EX
principe poëtarum Vergilio
collectanea.

ADRIANO BARLANO
do autore.


BASILEAE EXCVDEBAT
HENRICVS PETRVS.




ERVDITISSIMO GRAMM
tico Ioanni Despauterio Nini
uitæ Adrianus Barlan
dus salutem.



Mi superiori anno Erasmi
Roterodami, uiri memo-
ria nostra doctissimi, & de
literis optime meriti, Adagiorum o-
pus eruditum. In quo cum uidissem
pleraq; Homerica carmina ad prouer-
biorum rationem detorta, continuo
in Marone latino Homero, idē lice-
re putans, uersiculorum ex libris Ae-
neidos, ceu syluam quandam paucis
sane mēsis, & quidem occupatio-
congeffi mi Ioannes: uidelicet ut poë-
sis Vergilianæ studiosis prodessem.
Eam cum non ita multo post ostendis-
sem Martino Dorpio, & Gerardo
Nouiomago, uiris hic non magis the-
ologię



logiæ quàm eloquentiæ consultis,
mortari me illi, & rogare etiam cœpe-
runt, ut idē in alijs Vergiliij operibus
facerem. Fore enim aiebant, ut mihi
studiosi omnes iure deberent, quod
eis demonstrassem Vergiliana carmi-
na, quemadmodū accommodari de-
beāt. Ego igitur cum ut studiosis gra-
tum facerem, tum ut amicis honesta
postulantibus obtemperarem, feci i-
dem pinguiore Minerua in Bucoli-
co carmine, quod iam ad umbilicum
(ut aiunt) perductum, cum uix in iu-
stam aliquam libelli magnitudinem
excreuisset, supprimendum putavi,
tantisper dum ocium esset, etiam Ge-
orgicorum prouerbiales sententias,
uelut flosculos quosdam decerpendi.
Sed non passi sunt ita euenire amici
mei, qui conuicijs penè quotidianis



nugas à me quisquiliasq; efflagitantes
censuerunt exiguam mihi tētandam
esse aleam . Quæ si non male cecidisset,
edenda etiam esse aliquando quæ
in Aeneida scripsissemus . Quid multis
moror tradidi calcographo . Is dū
apparat, interea ego mecum cogito,
cui id esset opusculi dedicandum . Mi
hi autem cogitanti, in mentem uenit
te ab hinc triennium , cum hic esses
abeuntem petiuisse , ut epistolam ad
te scriberem . Quod quia non feci, uel
occupationibus , uel pudore fortasse
prohibitus , nunc pro epistola uere
cunde, tum etiam flagitata librum ti
bi mitto, quem oro grata manu susci
pias . Spero autem ita uel maximo he
roi literato , Georgio Aloino mœce
nati tuo, ceterisq; studiosis probatum
iri commentariolos meos : siquidem

tu ijs

cu ijs apud Flādros in re literaria prin-
ceps, frontē exporrexeris. De reliquo
opere post uidero. Interea amicis do-
ctissimis certò satisfaciam, uel in his
si placebunt, uel in obsequio, si
non placebunt. Vale
Louanij.

α 3 Epi



EPITHETA QVAE APVD VER-
gilium noua uidentur, uetustiori-
bus quoq; in usu fuisse.



Uita quoq; epitheta apud
Vergiliū sunt, quæ ab ipso
facta creduntur: sed & hæc
à ueteribus tracta monstrabo. Sūt au-
tē ex his alia simplicia, ut Gradius,
Mulciber: alia composita, ut arcite-
nens, uitifator. Sed prius de simplici-
bus dicam. Et discinctos mulciber
Afros. Mulciber est Vulcanus, quod
ignis sit, & omnia mulceat ac domet.
Actius in Philoētete: Heu mulciber
arma ignauo, inuicta es fabricatus &
manu. Et Egnatius de rerum natura li-
bro primo. Deniq; Mulciber & ipse
ferens altissima cœli cōtingunt. Hæc
di quoq; petulci Floribus insultēt. Lu-
cretius in secundo. Præterea teneri
tremulis

EPITHETA.

tremulis in uocibus hœdi Corniferas
 norūt matres, agniq; petulci. Illud
 audaciæ maxime uideri possit, quod
 ait in Bucolicis: Et liquidi simul ignis,
 pro puro uel lucido, seu pro effuso &
 & abundantanti: nisi prior hoc epitheto
 Lucretius usus fuisset in sexto. Hac e-
 tiã fit, uti de causa mobilis ille Deuo-
 let in terrã, liquidi calor aureus ignis.
 Tristis pro amaro, translatio decens
 est, ut Tristesq; lupini. Et ita Ennius in
 libro Sabinarum quarto: Neq; triste
 quæritat sinapi, neq; cepe mœstum.
 Auritos lepores nō Maro primus u-
 surpat, sed Afranium sequitur, qui in
 prologo ex persona Priapi ait. Nam
 quod uulgo prædicant aurito me pa-
 rente natum, nō ita est. Et ut composi-
 ta subiungam, quod ait Vergilius:
 Vidit Thuricremis cum dona impo-
 teren

«

4

teren



neret aris. Iam Lucretius in secundo dixerat: Nam sæpe ante deum ut tulus delubra decora, Thuricremas propter, maectatus concidit aras. Quã pius Arcitenens. Hoc epitheto usus est Næuius belli Punici lib. secundo. Deinde pollens sagittis inclytus Arcitenens, sanctusq; Delphis prognatus Pythius Apollo. Idẽ alibi. Cum tu Arcitenens sagittis pollens dea. Sed & Hostius libro secundo belli Histrici. Dia Minerua, simul autem inuictus Apollo, Arcitenens, Latonius. Etiam Syluicolæ fauni. Næuius libro primo belli Punici. Syluicolæ homines, belliq; inertes. Actius in Bacchis. Syluicolæ, ignota inuisentes loca. Despiciẽs mare ueliuolum. Liuius in Helena. Tu qui per mensus ponti maria alta ueliuola. Ennius in deci


EPITHETA.

in decimo quarto Cum procul aspi-
 ciunt hostes, accedere uentis Nauibus
 ueliuolis. Idē in Andromache. Ra-
 pit & ex alto naues ueliuolas. Vitifa-
 tor seruans, curuam sub imagine fal-
 cem. Actius in Bacchis. O Diony-
 se pater, optime uisitator Semela ge-
 nitus Euchia. Almq̄ curru nocti-
 uago Phœbe. Egnatius de rerum na-
 turalib. primo. Roscida noctiuagis
 astris labentibus Phœbe, Pulsa loco
 cessit, concedens lucibus altis. Tu nu-
 bigenas inuicte bimembres. Carni-
 ficus in Glaucō Centauros fodere bi-
 membes, Caprigenumq̄, pecus nul-
 lo custode per herbas. Pacuius in
 Paulo. Quamuis caprigeno pecori
 grandior gressio est. Actius in Phi-
 loctete. Caprigenum trita unguis.
 Idem in Minotauro. Taurigeno se-
 mine

e

s

mine



VERGILII

mine ortū fuisse, an humano. Decen-
ter & his epithetis Vergilius usus est
pro sagitta, uolatile ferrū: & pro Ro-
manis, gentem togatam: quorū alte-
ro Sueuius, altero Laberius usus est.
Nam Sueuius in libro quinto ait: Vo-
lucrumq; uolatile telū. Ac Laberius
in Ephebo: Licentiā ac libidinem ut
tollam, petis togatæ stirpis. Idem in-
fra: Idcirco ope dilatatum est do-
minium togatę gentis.

FINIS.



INDEX PROVERBIALIUM.
sententiarum Vergilij

A B Ioue principium.	82
A bstulit atra dies.	100
A ccepitq; manu.	86
A cron Graius homo.	99
A deo in teneris consuescere.	115
A d nos uix tenuis.	84
A h Corydon Corydon.	9
A h uirgo infelix.	23
A liquid iam dudum inuadere.	91
A mant alterna canœnæ.	13
A mbo animis.	103
A mor tantum mihi crescit.	49
A n quicquam nobis.	20
A n te annos.	93
A n te focum si frigus erit.	22
A n te leues ergo.	5
A rcades ambo.	24


Arcanum



I N D E X.

Arcanum demens detegit.	112
Aspirat primo fortuna.	67
C	
Cana fides.	60
Candidior cygnis.	26
Candidus infuetum miratur.	21
Cantantes licet usq̃.	41
Carmina tantum nostra.	34
Cedit quoniam spoliata.	79
Cerberus extremi.	114
Certum est in syluis.	45
Collige uirgo rosas.	112
Confixiꝫ suis telis.	94
Consilium summis regni.	91
Consilijꝫ habitus non futilis.	104
Consulte in medium.	104
Contactuꝫ omnia foedant.	74
Conticuit tandem.	75
Continuo culpam ferro.	117
Contra Neptunum & Venerem.	90

Conuecta



I N D E X.

Conuectare iuuat prædas.	85
Crimine ab uno.	64
Cui tristia bella.	83
Cui neq; fulgor adhuc.	101
Cunctus pelagi cecidit.	57
Cur dextram iungere.	61
D	
Daphnis ego in syluis.	20
Deserit & muros.	111
Desine plura puer.	42
Desiste manum committere.	108
Deus nobis hæc oia fecit.	1
Dicam equidem.	105
Digna atq; indigna.	95
Dij nostra incepta.	82
Dij aliter uisum.	68
Disce puer uirtutem ex me.	110
Diues equum.	90
Domus interior gemitu.	68
Dum tu confectaris apros.	14


Durate,



INDEX.

Durate.	59
Duræ quercus sudabunt.	16
Duris genuit te.	76
E	
Ego te hoc fasce leuabo.	42
Efficiam posthac ne quenquam.	12
Eripui lætho me.	65
Et certamen erat Corydon.	25
Et conferre manum.	96
Et nigræ uiolæ sunt.	43
Et nos tela pater.	107
Et nunc omnis ager.	15
Et nunc ille quidem.	100
Et pudor & probitas.	143
Et quis erit modus.	46
Et tunicæ manicas.	95
Et ululatibus æthera complent.	83
Excussit ceruice securim.	65
Eximia laudis.	84
Experto credite.	102

Expletus



I N D E X.

Expletus dapibus. 75
Extremum hoc munus. 32

F


Facito mox cum matura. 110
Fines horum transiluisse. 113
Forſan & hæc olim. 58
Frater ne deſere fratrem. 99
Fugit ilicet ocior Euro. 86
Fugit irreparabile tempus. 116
Fuimus Troës. 66
Furor arma miniſtrat. 56

G

Gelidusq; per ima cucurrit. 65
Gracili fiſcellam. 48
Gradum ſtudio celebrabat. 78

H

Habes quod tota mente. 76
Hæc in noſtros. 64
Hæc lux toto. 27
Haud Ligurum extremus. 106




I N D E X.

Haud tanto cessabit.	63
Haud uatum ignarus.	89
Hæc tantum alias inter caput.	3
Hei mihi quantum præsidium.	101
Heu cadit in quenquam.	35
Hic gelidi fontes.	43
Hic focus.	27
Hic pietatis honos.	60
Hic uer purpureum.	38
Hic tibi certa domus.	85
Hinc Itale gentes.	81
His amor unus erat.	91
His ego suetus.	79
Huc ades ô Galatea.	57
Hyems ignaua colono.	115

I

Iam fragiles poteram.	31
Iam matura uiro.	86
Iam pridem Scimichon laudauit.	21
Iam redit & uirgo.	16

Iam




I N D E X.

Iam sua Turnum fata uocant.	97
Ille regit dictis animos.	57
Illum non populi fasces.	116
Implentur ueteris Bacchi	60
Incubuere omnes.	88
Infelix lolium & steriles.	19
In freta dum fluuij	62
In melius tua quæ potes.	99
In te omnis domus.	108
Inuenies alium si te hic fastidit.	10
Iouis sunt omnia plena.	14
Ipsa silentia terrent.	71
Ipse ante alios.	76
Ipse ego paulisper.	80
Ipse fatebatur, sed reddere posse.	11
Ipse fuit cantari dignus.	21
Ite domum pasti.	27
Iterum ad Troiam magnus.	17
It lacrymans.	101
Iussa aliena pati.	100

B

Iustissi



I N D E X.

Iustissimus unus. 68

L

Labor omnia uincit improbus. 114

Lenta salix quantum pallenti. 19

Libet Partho. 45

Littus ama. 79

Lupi Mœrim uidere. 40

M

Maeste puer uirtute. 95

Magnæ spes altera Romæ. 109

Magnôq; irarum fluctuat. 78

Manet alta mente. 54

Mantua uæ miseræ. 36

Me alta silentia. 96

Meriti tanti non immemor. 92

Me uero primum. 116


Mihi frigidus horror. 75

Mihi iussa capescere fas est. 55

Mihi tum quàm molliter. 48

Milia tot magnis. 66

Mopso




I N D E X.

Mopso Nyssa datur.	29
Motos præstat componere.	56
Multa adeo melius.	114
Multa dies uariuſq; labor.	105
Multi nos populi.	82
Multoq; iacebat.	93
Multum ille & terris.	54
N	
Nec calamis solum æquiparas.	20
Nec curare deum credis.	31
Nec dum illis labra admoui.	11
Nec iam fama mali.	98
Nec gramina riuſ.	47
Nec uicti poſſunt.	103
Nec partum gratia talem.	93
Nec ſum adeo informis.	5
Nec uidiſſe ſemel fatiſ eſt.	81
Nec Phœbo gratior ulla eſt.	23
Ne noſter honoſ.	83
Ne qua parentiſ iuſſa time.	69

B

2


Nec



INDEX.

Nea te pœniteat calamo.	5
Neq; enim fuga.	87
Nequeunt expleri corda.	87
Nequicquam patrias tentasti.	107
Nescia mens hominum fati.	97
Ne uero ne me ad tales.	102
Nihil ille deos.	33
Nihil hic nisi carmina.	33
Nihil inuitis fas.	67
Nobilis & fama.	84
Non ausim quicquam deponere.	11
Non canimus surdis.	42
Non ego credulus illis.	57
Non ego Daphnim.	5
Non hæc humanis opibus.	110
Non hæc ô Palla.	102
Non hæc sine numine.	71
Non illum nostri.	48
Non in Venerem segnis.	107
Non me carminibus uincet.	18

Non



I N D E X.

Non me tua feruida.	III
Non nostrum inter nos.	15
Non unquam grauis ære.	4
Non omnia possumus omnes.	52
Non omnes arbusta iuuant.	15
Non replenda est curia.	105
Non somnum capit.	115
Non uobis rege Latino.	82
Nos immensum spatij.	117
Nouas artes, noua pectore.	65
Nos aliquod nomen.	64
Nouæ rediere in pristina.	109
Nulla dies pacem hanc.	109
Nullum cum uictis certamen.	102
Nullus ubiq; potest.	114
Nullis ille mouetur.	78
Numeros memini.	38
Numina nulla premunt.	96
Nunc animo opus.	81
Nunc oblita mihi.	39



I N D E X.

Nunc omne tibi stratum.	40
Nunc scio quid sit amor.	31
Nusquam abero.	70
Nusquam tuta fides.	77
O	
Obstupuit uaria confisus.	110
Occursare capro.	36
Odit & ipse pater.	83
O mihi præteritos.	89
O mihi tam longe.	17
Omniaq; arma aduocat.	87
Omnia fert ætas.	39
Omnia ferre sub auras.	65
Omnia longæuo similis.	95
Omnia uincit amor.	46
Omnis curæ casusq;.	75
Omnibus est labor impendendus.	115
O passi grauiora.	58
Optata potiuntur Troës.	57
Optima quæq; dies.	116

O sem




I N D E X.

O semper inertes Tyrrheni.	107
O terq̄ quaterq̄ beati.	56
Oues ultro fugiat lupus.	32
P	
Pallas quas condidit arces.	6
Pariter facta atq̄ infecta.	76
Pedibus talaria neſcit.	77
Pedibus timor addidit alas.	87
Pene simul tecum.	35
Per uarios casus.	59
Pollio amat noſtram.	14
Populus Alcide gratiſſima.	28
Poſthabui tamen illorum mea.	25
Poſt mihi non ſimili.	56
Poſſunt quia poſſe uidentur.	79
Potes hoc ſub caſu.	78
Proiecta uilior alga.	27
Q	
Quàm longa una dies.	
Quas dicere grates.	

B

4


Quas



INDEX.

Res animos incognita.	62
Rumpantur utilia Codro.	25
Rumpe moras omnes.	90
S	
Sæpe sinistra caua.	2
Sæpe ego longos.	39
Sæuit animis ignobile.	56
Saltantes Satyros imitabitur.	22
Scelus expendisse merentem.	65
Scelere ante alios.	61
Sed mihi uel tellus.	76
Sed non augurio.	93
Sedibus hæret in iisdem.	70
Sensibus hæc imis.	13
Serøs hyberni ad luminis.	115
Si ad uitulam spectes.	12
Sic canibus catulos similes.	3
Sic oculos.	72
Si formosus Alexis.	28
Si qua tui Corydonis.	26


B



I N D E X.

Si quid mea carmina.	94
Si quis habet nummos ueniens.	113
Sola Sophocleo.	29
Sol crescentes decedens duplicat.	8
Soli cantare periti.	47
Sopitos suscitatur ignes.	80
Sordent tibi munera nostra.	6
Sors omnia uersat.	34
Spes addita suscitatur iras.	96
Spes sibi quisque.	105
Spem uultu simulat.	59
Spondeo digna tuis.	92
Stat casus renouare omnes.	70
Stat sua cuique dies.	97
Sternimur optatae.	72
Stupet inscia turba.	83
Sua cuique exorsa.	75
Sucessum dea dira negat.	111
Superas ne euadere ad auras.	80

Tantum



I N D E X.

T

Tantum æui longinqua,	72
Te iam septima portat.	63
Tibi Mauors uentosa,	105
Tibi pro scelere.	69
Tot incassum fusos.	84
Tot uertice supra est.	85
Trahit sua quenq; uoluptas,	6
Tros Tyriusq; mihi.	62
Trunca manum pinus.	75
Tua cernere facta.	88
Tu decus omne tuis.	19
Tu maior tibi me æquum.	19
Tu mihi quodcunq;.	55
Tumidisq; nouo præcordia.	95
Tum uero incumbunt.	90
Tu ne cede malis.	80
Turnus ego.	106
Tuus iam regnat Apollo.	16

Varium



INDEX.

V

- Varium & mutabile.
Veterem in limo ranæ.
Vicini pecoris contagia ledent.
Vitula tu dignus.
Vna salus victis.
Volucres diuerberat auras.
Vos & Scylleam rabiem.
Vuidus hyberna.

F I N I S.









BARLANDI COLLECTA
nea sententiarum prouerbis
alium ex Bucolicis
Vergilij.

Deus nobis hæc ocia fecit.



QUONIAM mortales tunc maxime deum imitentur cum benefaciunt: idcirco si principis cuiuspiam fauore atq; liberalitate indicabimus effectum ut omni paupertatis metu deposito, liceat nobis ociose in literario studio uitam exigere, mirre congruet illud Vergilij Bucolicum: Deus nobis hæc ocia fecit. Et quod paulo post sequitur: Ille meas errare boues, ut cernis & ipsum

A




Ludere quæ uellem, calamo permisit
agresti.

Sæpe sinistra caua, prædixit ab
ilice cornix.

Hoc nunc etiam uulgo infelix o-
men habetur: unde per iocū usurpa-
bimus apud literatiores, quoties innu-
emus cuipiã qui periculum incidit,
multò ante prædictum ita futurum,
ut tandem ueniret in magnum ma-
lum. Non excidit mihi legisse me a-
pud commentatorem Vergilij, uer-
sum hunc supposititium esse: sed quo-
niam in omnibus penè libris inest, ui-
sum est admonere lectorem. Eiusdẽ
est generis quod præmittitur:

Sæpe malum hoc nobis, si mens non
leua fuisset,

De cœlo tactas, memini prædicere
quercus.



Sic canibus catulos similes.

Ad indicandam rerum dissimilitudinem, conueniet illud:

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos.

Hæc tantū alias, inter capue
extulit urbes,

Quantum lenta solent, inter
uiburna cupressi.

Huic locus erit si quando significabimus urbem, quam iam ædificiorum dignitate opibusq; alias longe superare: qualis nostra hac tempestate est Antuerpia Brabantia, ciuitas templorum priuatarumq; ædium artificiosissima, structura mirabilis, & ob portus commoditatem florētissima.

Ad quam non Holandi solum, atq; Flandri populi finitimi, sed Hispani etiam, & Galli & Angli & Itali cōflu-

A 2 unt



unt ut mercimonia sua uenditēt. Cæterum mihi hæc urbs impensius placet, quod in ea primos ediderit uagitus Petrus Egidius, uir latine doctissimus, mihi que propter egregiam doctrinam ualde coniunctus.

Nonnunquā grauis ære domū
mihi dextra redibat.

Si quis innuet se in gymnasio quopiam politiores literas infeliciter docuisse, uixq; teruntium sibi ex professione accessisse, dicet illud:

Nonnunquam grauis ære domū mihi
dextra redibat.

Vsurpat Rodolphus Agricola in epistola quapiam.

Vicini pecoris contagia lædent.

Innuimus hoc uersu, bonos malos fieri, si cum malis ac pestilentibus hominibus uersari cœperint.

Ante

Ante leues ergo pascentur.

Si cuius memoriam nullo tempore
apud nos interituram indicabimus,
conueniet illud.

Ante leues ergo, pascentur in æthere
cerui.

Aut freta nudos, destituent in littore
pisces.

Quàm nostro illius, labatur è pectore
uultus.


Nec sum adeo informis, nuper
me in littore uidi.

In hominem φιλαυτόν, sibiq; immo
dice placentem.

Non ego Daphnim, iudice
te metuam.

Si quis doctissimi cuiuspiam uiri cō-
tentus iudicio, paruipendet que de su-
is uigilijs rudis inscitia censebit, dicet
illud:

A 3 Non



Nō ego Daphnim, iudice te metuā.
Nec te pœniteat.

Si quem pœnitebit laboris in studi-
is exhausti, is hoc carmine monebit:
Nec te pœniteat, calamo triuisse la-
bellum.

Hæc eadem ut sciret, quid non facie-
bat Amyntas?

Sordent tibi munera nostra.

In eū qui nostra uidebit aspernari.

Pallas quas condidit arces.


Si quis dicet libenter se urbis delici-
as alijs relinquere, sibi uero ruris a-
mœnitatem magis placere. Aut etiā
significabit rem quampiam sibi displi-
cere, accommodabit illud:

Pallas quas condidit arces,

Ipsa colat: nobis placeant ante omnia
syluæ.

Trahit sua quæquæ uoluptas.

Quum



Quum innuemus non uno omnes studio duci, sed alijs alia placere: atq; (ut Terentius ait) quot homines, tot esse sententias, quadrabit illud: Trahit sua quenq; uoluptas. Huc alluisse uidetur Aulus Gellius in primo noctium Atticarum cum dicit: Alius ait, hoc me primum doce. Itē alius: hoc uolo (inqt) discere, istud nolo. Hic à symposio Platonis incipere gessit propter Alcibiade comestationem: ille à Phædro propter Lysia orationē. Est etiam (inquit) proh Iuppiter, qui Platonē legere postulet, nō uite ornandæ, sed lingue orationisq; comendæ gratia, nec ut modestior fiat, sed lepidior. Hactenus Gellius. Cuius uerba adscripsimus, nō doctioribus istis, & libros domi habentibus unde discant, sed pueris potissimum

A 4 hæc

hec elucubramus, atque utinam sic pro
 pediem omnes in literis proficiant, ut
 ijs meis non sit opus. Sed nescio quo
 pacto sunt plerique omnes ad latinas li-
 teras perdiscendas cunctatiores, &
 & quasuis nugas, atque syllogismorum
 captionumque dialecticarum laqueos
 citius amplectuntur, quam id, sine quo
 nulla disciplinarum satis feliciter discit.

Sol crescentes, discedens dupli-
 cat umbras.

Hoc uersu utemur in congressibus
 apud amicos, quum indicabimus ob
 solis occasum finem colloquio, aut de
 ambulationi faciendum.

Quis enim modus adsit amori.

Quum significabimus in omni re
 penè facilius, quam in amore seruari
 modestiam, applicabimus illud:

Quis enim modus adsit amori?

Id

Id enim habet amor, ut suos sacrificiu-
los exercent.

Ah Corydon Corydon, quæ
te dementia cœpit.


In amentes: siquidem amantes sunt
amentes. Indicat hoc perpulchre Te-
rentianus Cherea: qui cum in platea
casu uidisset puellam, tam impotēter
cœpit ardere, ut apud Parmenonem
in uerba proruperit, quæ non nisi ab
amente dici solent. Ego nescio hercle
neq; quo eam, neq; quorsum eam, ita
prorsus sum oblitus mei. Venustior
fiet uersus, si accommodabitur in adu-
lescentem sterilibus uacātem studijs,
cuiusmodi est poëtica. Nam hoc seculo
uulgus tales minus sapere dicit, qui
se post habito quæstuoso legū studio,
ad poëticam applicauerunt,

Quin tu aliquid saltem potius

A

S

quorū



quorum indiget usus.

Viminibus, molliq; paras de
texere iunco.

Hoc uersu ignauos & nihil agētes,
ad laborem aliquem hortabimur fru
giferū, quo famē propulsare possint.

Inuenies alium, si te hic fa
stidit Alexis.

Hoc commodissimum erit, quoties
cunq; arrogantiorē amicum familia
ritati nostræ renunciantem, inuicem
nos contemnemus. Ad puellam etiā
subtristem, quod ab amatorculo sit il
lusa destitutaq;.

Quo nunc se proripit ille.

Siquis dicet, scribetūe parum cohe
rentia, ut imperiti in templis cōciona
tores solent, quadrabit illud:

Quo nunc se proripit ille.

Ad hūc sensum memini usurpare E

ramu



rasnum in Morie declamationem.

Ipsē fatebatur, sed reddere.

Si quem dicemus falsum quidem se nobis pecuniam debere, uerum non habuisse quod redderet, accōmodū fuerit illud:

Ipsē fatebatur, sed reddere posse negabat.

Quid possit uterq̃.

Si duo non illiterati certamen initari, dicent periculum faciendum quantum uterq̃ ualeat dicendo, non ineleganter usurpabunt illud:


Quid possit uterque, uicissim experiamur.

Non ausim quicquam deponere tecum.

Est certamen cum aliquo abnuētis.

Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

Apud



Apud doctiores hoc uersu indicabimus auarum, qui arcule inclusis nummis uti non audet, quin fame potius mauult interire, quàm uel teruntium ingenti detrudere aceruo. Sed & prius dimidium accommodum fuerit, cùm artis cuiuspiam imperitos, nos esse fatēbitur.

Si ad uitulam spectes, nihil est
quod pocula laudes.

Cum significabimus ueteres illos in dicendi facultate ita absolutos fuisse, ut uix aliquam neotericis laudē reliquerint, non incōcinniter accommodabimus illud:

Si ad uitulā spectes, nihil est quod pocula laudes.

Efficiam post hac ne quenquā
uoce laceffas.

Minæ in petulantes filios discipulosq;



losq; : sed & generatim in maledicū.
 Sensibus hæc imis, res est nō parua.

Cum innuemus de re quapiā ma-
 turius consulendum, huic uersiculo
 locus fuerit:

Sensibus hæc imis (res non est parua)
 reponas.

Et nunc omnis ager, nunc o-
 mnis parturit arbos.

Nunc frondent syluæ, nunc
 formosissimus annus.


Hoc carmine licebit indicare uer-
 nū tempus, quo lætari omnia, & qua-
 si arridere prætereuntibus uidentur.

Amant alterna camœnæ.

Qui significabit cum intermissione
 studendum, ac ueluti respirandum es-
 se a laboribus, dicet illud:

Amant alterna camœnæ.

Eundem sensum habet uersiculus ille
 qui



qui nulli non est hodie in ore: Quod
caret alterna requie, durabile nō est.

Iouis sunt omnia plena.

Vbi indicabimus nusquā non esse,
nihilq; non uidere deū, cōpetet illud:
Iouis sunt omnia plena.

Dum tu consectaris apros,
ego retia seruo.

Hoc utinā duntaxat legeretur, non
etiam sic agerent homines. Dicitur
in eum, qui ex re quapiam ingentem
pecuniam accipit, ne obolum quidē
impartiens laborum socijs.

Pollio amat nostram.

Cum innuemus hominem quem
piā amare atq; magnifacere, à nobis
etiam parum uenuste scripta, dice-
mus illud:

Pollio amat nostram, quamuis sit ru-
stica musam.



Non nostrum inter nos.

Si quis rogabitur ut litigātes duos,
pluresūe in gratiā restituat, hoc uer-
su si nolit, negabit.

Non nostrum inter nos tantas cōpo-
nere lites.

Vitula tu dignus.

Hoc Vergilij dicto apud studiosos
iocabimur in eum, qui ob nimium ali-
quod facinus se putabit dignum, qui
amplissimis donetur præmijs.

Non omnes arbuta iuuant,
humilesq; myricæ.

Hoc uersu dicemus, non omnes de-
lectari rebus rusticis atq; humili ora-
tione: & ideo dicendum esse interdū
de urbis delicijs bellisq;, & ab humili
sermone assurgendum, nonnunquā
paulo altius scriptori, ut uarietate pla-
ceat lautiusculis.

Iam



Iam redit & uirgo, redeunt
Saturnia regna.

Si quis indicabit etate sua pulsus bel-
lis, & profligatis terra, mariq; prædo-
nibus, felicius seculum esse, recte accō-
modauerit illud:

Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia
regna.

Qualia sub Saturno fuerint sæcula,
nullus credo paulo humanior nescit.

Tuus iam regnat Apollo.

Cum innuemus nihil non affecutu-
rum, cuius amicus sit magistratus, aut
urbis præfectus, accōmodum fuerit
illud: Tuus iam regnat Apollo.

Duræ quercus sudabunt.

Quoties indicabimus nunquā euen-
turum aliquid, aut tam raro solere cō-
tingere, ut stultissimum uideatur spe-
rare, licebit usurpare illud:

Duræ

Duræ quercus sudabunt. Et hunc in modum scite usurpabimus: id quod speras, futurum equidem puto, cum duræ quercus sudabunt roscida mella. Huic affine est græcorum adagiū: Ad græcas calendas: quod in prouerbiorum Chiliade, primus interpretatus est Erasmus Roterodamus, nostra ætate decus linguæ latinæ.

Iterum ad Troiam magnus
mittetur Achilles.

Qui uolet innuere uirum magnitudine animi excellentem, & de quo non minus sit patriæ expectandum, quam Græcis olim ab Achille, nō ineleganter citauerit illud: Iterū ad Troiam magnus mittetur Achilles.

O mihi tam longe.

Si quis uitam sibi prorogari tantisper optabit, dū hoc uel illud uiderit,

B  auc

aut hanc aut illam disciplinam cognoverit, illud accommodet licebit: O mihi tam longe, maneat pars ultima vitæ spiritus.

Non me carminibus vincet, nec

Thracius Orpheus, Nec Linus.

Hoc cuiuspiam notabimus in perceptis disciplinis, aut certe gustatis iactantiâ, quæ omnino intolerabilis: nisi is qui sese insolentius iactat, appri me doctus sit. Superioribus affinem habent sensum, quæ proxime apud poëtam sequuntur: Pan etiam Arcadia, dicat se iudice victum.

Tu maior, tibi me equum est parere.

Hoc hodiernis temporibus usurpat studiosi literarum, innuemus credendum esse, & locum dandum grandiori: siquidem nullo non sæculo, adhuc habitus est honor senectuti.

Lenta

Lenta salix, quantum pallenti.

Si quē cui multis partibus in studijs
doctrinę preferēdū cēsebimus, locus
erit his uersibus: Lenta salix, quantū
pallenti cedit oliuę. Puniceis humilis,
quantum saliunca rosetis: Iudicio no
stro, tantum tibi cedit Amyntas.

Tu decus omne tuis.

Si quē egregie eruditū, autclaris or
tum natalibus hominē indicabimus,
preclaribus facinoribus familiam, ex
qua sit ortus illustriorem facere, con
gruet illud: Tu decus omne tuis.

Postquā te fata tulerūt, Ipsa Pales
agros, atq; ipse reliquit Apollo.

De interprete doctissimo, cuius inte
ritu, significabimus collapsum propè
literarum studium.

Infelix lolium, & steriles do
minantur auenæ.

B

2

Si



Si quod innuemus gymnasium, ubi
pulsis rectis studijs, barbaries & gar-
rulus forēsis omnia occupauerit, ad-
ducemus illud: Infelix lolium, & steri-
les dominantur auenæ.

Daphnis ego in syluis.

Qui superbe iactabit ob doctrinam
nomen suum, per omnes ferè terras
propagatum esse, nō in scite ridebitur
hoc uersu: Daphnis ego in syluis,
hinc usq; ad sidera notus.

Nec calamis solum æquipa-
ras, sed uoce magistrum.

Hoc uersu laudabitur discipulus, do-
ctrina præceptore suo non inferior.

An quicquam nobis tali sit
munere maius?

Attollitur ultima huius uersiculi: ni-
hil tamen uetuerit, eo significare mu-
nus ab amico transmissum, nobis fu-
isse

ille gratissimum.

Ipse fuit cantari dignus.

Si quem uirum dicemus iure ab optimis laudatum scriptoribus, conueniet illud: Ipse fuit cantari dignus.

Ista iam pridem, Stimichon laudauit carmina nobis.

Solent impēsius placere nobis, quæ intelleximus doctissimis aliquādo uiris probata, ad id conueniet illud: Ista iam pridem, Stimichon laudauit carmina nobis.

Candidus infuetum miratur.

Ruri habitatibus id usu euenire solet, ut si quādo in urbem aliquam primum commeauerint, ad omnia ædificia mirabūdi resistāt: in quibus plus opere, quàm in suis illis casulis cōsumptum putent. In eam sententiam quæ drabit illud: Candidus infuetum mi-

B 3 ratur

ratur limen olympi.

Ante focum si frigus erit, si
mellis in umbra.

Hoc amicū hybernis mensibus fo-
ci, æstate uero propulsandi æstus gra-
tia, umbræ submonebimus ut memi-
nerit: sed & in ociosos nulliꝫ rei ma-
nū admouentes, quid congruentius.

Saltantes Satyros, imitabitur

Alphesibœus.

Quadrabit in ebrium, cui iam plus
poto, saltare solum libet.

Quæ tibi, quæ tali reddam
pro carmine.

Quū significabimus nō habere nos,
quo literati munus amici cōpēsemus,
non intempestiuum fuerit illud:

Quæ tibi, quæ tali reddā pro carmine
dona: Neq; me tantum uenientis sibi
lus Austri. Nec percussa iuuāt fluctu
iam

iam littora, nec quę Saxofas inter de-
currunt flumina ualles. Hac Bucoli-
ca cōparatione utemur, quoties aut
lectione nobilissimi scriptoris, aut li-
teratissimi amici epistola, incredibili
nos dicemus affectos uoluptate.


Nec Phœbo gratior ulla est.

Si quem innuere uoles, qui scripto-
re aliquo præcipue delectetur, cōgru-
et illud: Nec Phœbo gratior ulla est:
Quā sibi quæ Vari præscripsit pagi-
na nomen. Et mihi præ ceteris placuit
semper Terentius: quo sospite, nun-
quam sentiet exitium latina lingua.

Ah uirgo infelix, tu nunc
in montibus erras. Ille latus niueum,
mollis uultus hyacintho, illic sub ni-
gra, palætes ruminat herbas: Aut ali-
quam, in magno sequitur grege.

Hisce uersibus cōtemptum ueteris

B 4 ami



amiculę significabimus : aut si libebit
 in usum uerecūdiorem trahere, usur-
 pari poterit, cum indicabimus aliquē
 pristinis neglectis amicitijs, aliò tran-
 stulisse amorem. In illos etiam accom-
 modabitur, qui studijs doctrinæ ne-
 glectis, diuersa sequuntur.

Arcades ambo, Et canta
 re pares, &

Si quādo loquemur de duobus ap-
 prime literatis uiris, in eadem etiam
 terra natis, apposite respōdetur illud:
 Arcades ambo, Et cātare pares, & re-
 spondere parati. Quales fuisse uete-
 res illos legimus Catullum, & Pliniū:
 atq; hac etiam tempestate noscimus
 Erasmus Roterodamum, & Marti-
 num Dorpium. Quibus uiris, quum
 communis sit patria Holandia, com-
 mune etiā studiū est, ut à uulgari ho-
 minum

minum doctrina, & dicendi scribendiq; nitore, quàm possint longissime absint.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside.

Quum innuemus inter duos pertinacius concertatum, accommodabimus illud: Et certamen Corydon erat cum Thyrside magnum.


Posthabui tamen illorum mea.

Quum dicemus nos aut comœdiarum festiuitate, aut lepôre dialogorū quorundam sic allectos, ut illorum lectiones habuerimus præpositam nostris rebus serijs, non inconcinniter usurpauerimus illud: Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Rumpantur ut ilia Codro.

Si gestiemus præclarum aliquod facinus edere, ut gloriæ nostræ inuiden-

B S tibus




abus homuntionibus oculi doleant,
 citabimus illud: Invidia rumpantur
 utilia Codro.

Candidior cygnis, hederam for-
 mosior alba.

Hoc carmine mulieris cuiuspiam lau-
 dabimus formam. Huc haud dubie re-
 spexit Gulielmus Goudanus, tradu-
 cens apologum Æsopi, de coruo & uul-
 pecula. Quem apologum cum nuper
 auditoribus meis enarrarem, uisus mi-
 hi sum, non huius temporis scriptorem,
 sed ueterum aliquem interpretari. Est enim
 ita pure atque eleganter traductus, ut
 uel ipse Terentius (si reuiuiscat) nollet
 aliter, atque ipse traduxerit transferre.

Si qua tui Corydonis ha-
 bette cura.

Si quis literatus è dolore laborans,
 ob quem publico abstinere cogatur,
 lite



literarū studiosum amicū per epistolā
orabit, si se amet, ut a deat, non infesti-
uiter usurpabit illud: Si qua tui Cory-
donis habet te cura, uenito.

Proiecta uilior alga.

In homines, qui neq; sibi, neque alijs
sunt utiles. Huius prouerbij, nescio
meminerit ne Erasmus.

Hæc lux toto, iam lon-
gior anno est.


Hoc uideri solet, pueris in scholis se-
dentibus. Et amatoribus (ut Flaccus
ait) inentitur amica.

Ite domum pasti, si quis pudor.

Homines omnium rerum saturos,
hoc uersiculo monebimus, ut domū
concedant, ne ebrj in plateis conspe-
cti, omnibus sint ridiculo.

Hic focus.

Cū significabimus nos domi habē-
tes



tes perpetuo igni calentē foculum ni-
hil curare, quātum foris læuiat gelu,
accōmodabimus illa: Hic focus & te
de pingues, hic plurimus ignis Sem-
per, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreę curamus frigora,
quantum Aut numerum lupus, aut
torrentia flumina ripas.

Si formosus Alexis.

Videmus euenire nonnunquam in
publicis gymnasijs, uiri multa doctri-
na præditi abitione, ut ipse quoq; qui
ante fuit studiorum ardor abeat, irre-
patq; in illius locum desidia, morbus
teterimus: quo qui correptus est, ni-
hil molitur dignū fama, & laude per-
enni. Ad hanc sententiam quadrabit
illud: Si formosus Alexis Montibus
his abeat, uideas & flumina sicca.

Populus Alcide gratissima, ui-
tis


tis Iaccho. Formose myrtus Veneri,
sua laurea Phœbo. His uersibus dice-
mus, uarios rebus uarijs delectari, at-
que appositissime in studijs accōmo-
dabit, si quando uidebimus duos lite-
rarum per studiosos adulescētes: quo-
rum unus uersu, alter prosa oratione.
magis delectetur.

Sola Sophocleo, tua carmina
digna cothurno.

Cum significabimus cuiuspiā uer-
sus dignissimos, qui laudentur à poë-
tis laudatissimis, mire conueniet il-
lud: Sola Sophocleo, tua carmina di-
gna cothurno. Sophocles autem fuit
poëta tragicus nobilissimus, quē scri-
bit Valerius Max. Oēdipode suo Co-
loneo, omnium eiusdem studiij poëta-
rum, praeripere gloriam potuisse.

Mopso Nyssa datur.

Cum



Cū innuemus deformi marito formosam cōtigisse uxorē, & inerudito, scriptorē eruditū: quare nihil esse potest magis ridiculū, applicabimus illud: Mopso Nyfa datur. Ego quoque profusius ridere soleo, quoties uideā apud sacrificulos quosdam illiteratissimos, diui Hieronimi atq; Augustini scripta: quę illi quidē manibus contrectare possunt, intelligere nō possunt, ut qui ne delibauerint quidē unquā literas. Vnde fit, ut nec horarias preces suas intelligant, quas quotidie in templis corrupte permurmurant.

Quid non speremus amantes.

Amor ad industriā excitat animū, artiumq; magister est optimus, qui, uix quisquā dixerit, nedum ego, quantus fuerit in priscis illis philosophis, qui disciplinarum gratia tantas regiones

pedi

pedibus obierunt, tot etiam transi-
serunt maria.


Nec curare deum credis mor-
talia quenquam.

In hominē intrepide peccātem, mi-
nimeq; horrentem diuinum numen.
Iam fragiles poteram, à terra
contingere ramos.

Elegācissimus hic uersiculus, ad signi-
ficandum puerum maiusculum: usui
fuerit, si pro ratione sententiæ uerbū
mutare uoluerimus.

Nunc scio quid sit amor.

Si quis amatoriarū satur leuitatum,
in amorem, utpote in rem perniciosis-
simam uolet inuehi, usurpabit illud:
Nunc scio quid sit amor, duris in co-
tibus illū Ismarus, aut Rhodope, aut
extremi Garamantes. Nec nostri ge-
neris puerum, nec sanguinis ædunt:
&



& quę proxime sequuntur apud poëtã.

Oues ultro fugiat lupus.

Cum indicabimus rem aliquã nunquam euenturam, quam alius putet posse contingere, competet illud:

Oues ultro fugiat lupus: subaudi prius. Aurea duræ mala ferat quercus: & quę proxime apud poëtã sequuntur, in eundem sensum.

Extremum hoc munus

Si quis graui morbo implicitus, mortemque quotidie expectans, amico qui piam legabit, poterit illud allegare: Extremum hoc munus morientis habeto.

Non omnia possumus omnes.

Hunc uersum composuisse duntaxat, fuerit satis. Nam in adagiorum Chiliadibus, interpretatus est eundem Erasmus.

Nihil

Nihil hic, nisi carmina defunt.

De gymnasio dicetur, in quo politici
oris literaturę studium desideratur.

Nihil ille deos.

In hominem abhorrentē à studijs,
poëticę atq; historicę ueteris, quadra
bit illud: Nihil ille deos, nil carmina
curat. Erit quoq; usui cum dehortabi
mur quempiam, ne ad hominē crassi
ore ingenio, & à musis alienissimum
carmen mittat: quo ille non magis de
lectetur, quàm optimo uino canis.

Qui amant, ipsi sibi somnia
fingunt.

Nimum cupientes, solent nonnura
quam credere id esse, quod non est.
Vnde homines ad rem attētiore, o
pibusq; duntaxat accumulandis stu
dentes, nonnunquam somniant repe
rille se aurū, idq; credentes p somniū,

C falso

falso gaudio ducuntur. Ad hoc faciet illud Vergilianum: Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Quo te Mœri pedes.

Cum nō spectamus certū quod agamus, cōueniet illud: Quo te Mœri pedes, an quo te uia ducit in urbem?

Sors omnia uersat.

Cum innuemus fortunā, in omni re plurimum dominari, non intempestiuum fuerit illud: Sors omnia uersat.

Carmina tantū, Nostra ualēt Lycida, tela inter Martia quātum, Chaonias dicunt, aquila ueniēte colūbas.

Hoc uersu indicabimus, frigere studia inter strictos gladios, neq̄ esse q̄ magnopere quispiam poēma studeat dedicare principi, in re bellica occupato. Quod innuere etiā uidet̄ Horatius, cū ait: Nec cum uenari uolet ille,

Aeolijs

poëmata pāges. Et paulò post. Quoti-
esq; educēt in agros, Aeolijs onerata
plagis, iumenta canesq; Surge, & in
humane senium depone camœnæ.

Heu cadit in quenquam
tantum scelus.

Hoc uersu exaggerabimus crimen,
quod maius putabimus, quàm ut in
hominem cadere possit.


Pene simul tecum, solatia ra-
pta Menalca.

Hoc uersiculo significabimus, ue-
teris discessu amici nobis adēptum,
quicquid ante solatiij habuimus atq;
delectationis: nihil enim dulcius est,
quàm habere cum quo partiri curas
dulcissimas, ac nugari suauiter inter-
dum possis. Qualis hic mihi amicus
fuit Ioannes Borsalus, uir nullo non
præconio maior: q; simul ac in Selan-
diam

C

2

diam



diā Canonicus factus migravit, à me
 censui dimidium animæ meæ, & stu-
 diorum ac laborum meorum calcar,
 & quasi quendam socium & comitē
 distractum.

Occursare capro (cornu
 ferit ille) cauto.

Diceſt in hominē maledicū ac præ-
 ferocē, quē haud quaquā impune la-
 cessas. Ab hoc nihil diffidet illud Ho-
 ratianum: Fœnum habet in cornu.

Mantua uæ miseræ.

Plurimum mali sepe est ciuitati, à ui-
 cina ciuitate. Ad hoc significādum,
 conueniet illud: Mantua uę miseræ,
 nimium uicina Cremonæ. Quod nō
 intempesti uiter tunc quoq; usurpabi-
 mus, cum innuemus minime conue-
 nire inter uicinos, qui in eadem arte
 uersantur. Siquidem inter hos artifi-

cij si

cij similitudo, emulationem fermè solet conciliare. Vnde dicitur etiam hodie uulgo nostrati: Figulus figulo, faber inuidet fabro, sutori sutor, poëta poëtae, & causidico causidicus.

Non ego credulus illis.

Hoc dicetur, cum indicabimus nos minimè fidem habere, uerbis cuiuspiam intemperatius garruli: solet em̄ nō raro euenire, ut pleraq; mētiatur, quisquis multum loqui conet. Huic omnino simile Terētianū illud in Andria: Mihi quidem non fit uerisimile.


Argutos inter strepere an
ser olores.

Hoc quoque prouerbij, interpreta-
tus est Erasmus.

Huc ades ô Galatea.

Cum non longe à mari habitantem
amicum, admonebimus ut in urbem

C 3 com



commigret ubi stridentes Aquilone
 procellas, non sit auditurus, utemur
 hoc carmine: Huc ades ô Galatea,
 quis est nam ludus in undis?

Hic uer purpureum.

Contra, si quando orta in urbe qua
 piã periculosa seditione, monebimus
 amicum, ut uitato strepitu, intestinisque
 discordijs, ad ruris se conferat delici-
 as, tradatque se ocio & tranquillitati,
 usurpare licebit illud: Hic uer purpu-
 reum, uarios hic flumina circum,
 Fundit humus flores: hic candida po-
 pulus antro Imminet, & lente texunt
 umbracula uites. Huc ades, insani fe-
 riant sine littora fluctus.

Numeros memini si uer-
 ba tenerem.

Cum indicabimus, nos non posse sa-
 tis ad uerbũ memoriter narrare, que
 apud

apud autorem aliquem legerimus,
 nō alienū fuerit illud : Numeros me
 mini, si uerba tenerem. Est apud Ver
 giliū, Lycideꝝ pastoris, innuētis me
 minisse se quidē modulatam : quam
 imaginem *ἑυθυμῶν* amici, uerum non
 tenere uerba carminis.

Omnia fert ætas, animū quoqꝫ.

Quoties innuemus, in senibus cor
 poris uires cōsenescere atqꝫ deficere,
 memoriā etiam minui, cōgruet illud:
 Omnia fert ætas, animum quoqꝫ.


Sæpe ego longos.

Cum iactare quispiam uolet in stu
 dijs, transactam sibi adulescentiam,
 tempestiuiter utetur illo : Sæpe ego
 longos Cantando, memini puerum
 me condere soles.

Nunc oblita mihi tot carmina.

Cū senes iā, indicabimus nobis exci

C 4 disse



diffe omnino, quæ aut pueri, aut adulescētes didicerimus, cōueniet illud: Nūc oblita mihi carmina, uox quoq; Mœrim, lā fugit ipsa. Vtiē diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianū.

Lupi Mœrim uidere priores.

Cum hoc prouerbium meis illinire lucubratiūculis, frater meus germanus iuuenis, non abhorrens à studijs humanitatis, dixit mihi idem ab Erasmo enarratum: qui si reliquos quoq; omnes Vergilij uersus, adagionis speciem præ se ferentes, aut cōgesisset antehac, aut nunc per ociū posset, meo cōsulisset labori, nulla uenustioris literaturæ studiosorū iactura.

Nunc omne tibi stratū.

Cum significabimus nullis flātibus uentis, non esse nauigādi facultatem, aptè quadrabit illud: Nūc omne stratum


tum

tum silet æquor : & omnes (Aspice)
uentosi, ceciderunt murmuris auræ.

Cantantes licet usq; (minus
uia lædet) eamus.

Cantiuncule amœniore, & facetus
sermo, uel longissimum iter breue fa-
cit, atq; ita iucundum, ut eundi labo-
rem non sentientes, minimè defatige-
mur. Ad hoc significandum, ualebit
illud : Cantantes licet usq; (minus uia
lædat) eamus. Cum nuper ego frigo-
re anni medio, Louanio Bruxellâ uer-
sus irẽ, prius omnino in urbem ipsam
uentũ est, quàm ullus ad me defatiga-
tionis sensus peruenerit. Nam mecũ
illò, demulcẽdi atq; laxãdi animi gra-
tia, uenerat Ioannes Munterius Gan-
dauensis, homo doctus omnino, atq;
φιλοσόφος, qui mihi tũ fuerat pro ue-
hiculo in uia : quemadmodum domi-

C S est



est in utriusque lingue studijs, non iniucundus socius.

Ego hoc te fasce leuabo.

Adiutare onera amico cupiētes, dicemus illud: Ego hoc te fasce leuabo.


Desine plura puer.

Cū admonebimus quempiā silentij ad mensam sedētes, ubi famelicis nobis, haud libeat prius fabulari, quàm iratū uentrē placauerimus, nō infestiuiter usurpabimus illud: Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

Non canimus surdis.

Si quis præceptor innuet ea quę docet, ab auditoribus memoriæ mandari, allegabit illud: Nō canimus surdis. illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ. Si quando significabimus in hominis docti atque eloquentis morte, nullum studiosorum fuisse, qui non la

crymas



crymas dederit, accommodabimus il-
 lud: illum etiam lauri, illum etiam fle-
 uere myricę: Pinifer illum, etiam sola
 sub rupe iacentem Mænalus, & geli-
 di fleuerunt saxa Lycei

Vuidus hyberna, uenit de
 glande Menalcas.

Cōueniet in indoctos & barbaros,
 qui nihil tenēt mundioris literaturæ.


Et nigræ uiolę sunt, & uaci-
 nia nigra.

Si quis male auidet, quod facie sit a-
 tra, in commendationē atri coloris,
 eleganter adducet illud: Et nigræ uio-
 læ sunt, & uacinia nigra.

Hic gelidi fontes, hic mollia prata
 Lycori, Hic nemus, hic ipso tecū con-
 sumerer æuo. His uersibus utemur
 quoties indicabimus eos oppidi cuius
 piā amœnitate peculiariter delectari.

Quale

Quale in Barbātia Louanium : cuius
 famā amœnitatis, latius diffudit gym-
 nasium, quod habet ijs nostris tempo-
 ribus, in omni penè disciplinarū ge-
 nere ita florens, ut huic uix Athenas
 prætulerint. In Flandria autem Gan-
 dauum oppidum, præterquam quod
 amœnum, etiam multis nobilium ui-
 rorum ædificijs, antiquorum operū
 gemulum: cui quidem fateor, me sem-
 per plus cæteris fauisse, quod olim
 hic didici latinæ linguæ rudimenta,
 cum puer undecim natus annos, à pa-
 tre meo (felicis memoriæ) illò essem
 deductus, traditusq; erudiendus Pe-
 tro Scoto : quē uirum illius ciuitatis,
 ingenio atq; doctrina præstantissimū
 audeo dicere. Sed ad institutū recur-
 ro, ne quis me dicat in medijs cōmen-
 tarijs Panegyricū scribere : quanquā
 uideo



video summos scriptores, nōnunquā uoluptatis causa, & ut marcentē quasi stomachum lectoris excitent, in digressiones expatiari. Ego uero hic nonnihil à proposito digressus sum, ut grati discipuli officio fungerer, nō ut uel ipse uoluptatem aliquā caperē, uel lectori oblectamenta quærerem.


Certum est in syluis.

Cum seruus quispiam innuet immittius se tractari ab hero duro, malleq; se, uel inter feritate formidabili urfas, leonesq; in solitudinibus uersari, quàm tale diutius monstrum perpeti, dicet illud: Certum est in syluis inter spelea ferarum, Malle pati.

Libet Partho.

Si quis indicabit lusibus uacare se, ut quod in animo est molestie pellat, uersurpabit illud: Libet Partho torquere

Cydo



Cydonia cornu Spicula, tāquam hęc
sit nostri medicina doloris.

Omnia uincit amor, & nos
cedamus amorī.

Hoc carmine potentiam amoris li-
cebit indicare, de qua sunt non inele-
gātes apud Apuleiū in quarto de asi-
no uersiculi: quos non pigeret subscri-
bere, nisi promptū esset cuilibet apud
autorē ipsum legere, qui Philippi Be-
roaldi, uiri in literis non postremi no-
minis cura, pristinum decorē nuper
adeptus, hodie passim prostat.

Et quis erit modus.

Si quando hominem contuberna-
lem, nocte concubia studentem repe-
riemus, locus fuerit illi: Et quis erit
modus? Quo quidē monebimus eū,
ne ita sit in studijs assiduus, ut corpus
afficiat: quo nomine Marcum prin-

cipem

cipem Romanum, legimus correptū
à domesticis.

Nec gramina riuīs.

Si quis innuet studiosum poëticę,
non facile expleri lectione boni poë-
tę, congruet illud: Nec gramina ri-
uis, Nec cytho saturantur apes, nec
fronde capellę.

Soli cantare periti, Arcades.

Hoc usurpabimus, si libebit in quos-
piam iocari, qui disciplinam aliquam
ita sibi uendicant, ut nihil alijs relin-
quāt. Quemadmodum tali eloquen-
tiam asserunt, atque hoc nomine si
bi placent ita insolenter, ut si quan-
do quid etiam rusticę dixerint, hoc i-
psum elegantissimū, atq; à musis ipsis
profectum uideri uelint. Cæterum
hoc uersu, serio fortasse laudari illi
possent: nisi nūc in Germania quoq;

uiri essent utriusque linguæ peritissimi, qui non solum docēdo, politiores quotidie suos reddunt, sed scribendo etiam Germaniam æternitati commendant.

Mihi tum quàm molliter
ossa quiescent.

Si quis indicabit, se in patria apud fumantes carnium ollas uitam transeaturum, curarum omnium expertē, dicet illud: Mihi tum quàm molliter ossa quiescent.

Non illum nostri.

Ad significandum puerum indocilem, & ad disciplinas ineptum, conueniet illud: Non illum nostri, possunt mutare labores.

Gracili fiscellam texit hybisco.


De ijs qui in humili quapiam re operam sumunt.



Amor tantum mihi crescit
in horas, Quantum uere no
uo, uiridis se subijcit alnus.

Hoc uersu innuemus, augeri in
dies amorem nostrum in bonas li
teras, idq̄ fit, si optimis assueueri
mus ab ipsis crepundijs, si paruuli pri
mos illos scriptores, Vergilium, Ho
ratiū, Ciceronem, Terentium de
niq̄ imbiberimus: cuius quidem poë
tæ sex fabulas, qui non legerit, is quid
elegantè aut dicere in corona, aut
scribere possit, nō uideo. Vnde magis
etiam miror, hunc poëtam dignum
studiosis ingenuarum artium, dignū
claris uiris, dignum principibus, di
gnum regibus, hodie in tam paucis
literarijs ludis doceri: ex cuius lectio
ne, studiosi iuuenes plusculum repor
tare possent emolumēti, quàm ex a

D lio



lio quouis ueterum. Quod uidentes
 in Selandia quoque, præceptores ali-
 quot bene literati, nuper pueris Te-
 rentium prælegere cœperunt. Cuius
 poëte comœdijs, si illi immutare per-
 rexerint, spero fore propediem, ut Se-
 landia mea, non minus literas, quàm
 nôscere dicatur mare, quo cingitur
 undequaq; nec minus ab orationis ni-
 tore, quàm domesticæ supellectilis
 mundicia (quæ huic cum Ho-
 landia finitima regione
 conuenit) laudari
 ab omnibus debeat.

FINIUNT PROVERBIA VERSU-
 um, ex poëtarum principe Vergilio
 collectanea, ab Adriano Bar-
 lando recognita, & aucta.



S.

CLARISSIMO HEROI GE
orgio Haloino, domus ac ditionis
Haloinae apud Flāndros longe princi
pis, Adrianus Barlandus
salutem dicit.



Um superiore anno meas
in Vergilij Bucolicon an
notationes emissem, de
dicassemq; eas Ioanni Niniuitæ, uiro
apud Flandros præcipue eruditionis,
ex rudi scheda repurgare cœpi, quæ
antea in futurũ opus temere congef
seram è libris Aeneidos. In eo studio
cõsumptis iam aliquot mensibus, co
gitanti mihi, cui nã (euolare gestiens)
opusculum cõmodissime dicare pos
sem, solus tu occurristi Haloine clarif
sime, cui duas ob res, eam potissimũ
lucubrationẽ deberi existimaui. Pri
mum, q; summo generi, summã eru
D 2 ditio

ditionem adiunxeris, ob quam, tanto cæteris heroibus dignior es, quem omnes colunt ac uenerantur, quanto luscinia semper ad huc coruo, hoc est doctus indocto fuit honoratior. Deinde quæ me prius amare cœperis, quàm uel cognoris uel uideris. Quo nomine plus tibi debeo, quàm ut unquam soluendo esse possim. Habes quare annotationes in libros Georgicorū, atque Aeneidos Vergiliij tibi nuncupare uisum est, opus uidelicet aptū poëtice studiosis adolescentibus. Sed quantum habeat doctrine, quantum uel fructus allaturum sit ijs qui legent, aliorum esto iudicium. Illud uere mihi, citra omnem suspensionem arrogantia sumere possem, hoc argumenti à me primum excogitatum fuisse, postquam annis superioribus in manus

meas

meas, incidisset opus adagiorum ue-
 terum Erasmi: in quo disertissimus
 uir ille, plerosque Homeri uersus,
 ad hunc modum interpretatus est.
 Vale, & cum hoc opusculum no-
 strū, quod tibi dedicamus (sic paruū,
 ac propemodū rusticum) quæ
 so animum, non rem ex-
 pendas. Louanij.

D 3 Barlan



licebit illud accommodare: Manet alta mente repositū. Dicitur apud Vergiliū de iudicio Paridis, in quo is uoluptatis illecebra plectus, contra Iunonem & Mineruam, indicauit Venere forma præstare.

Mihi iussa capescere fas est.

Quum innuet iuuenis faciendum sibi, quod mandauerit natu maior quispiam, non ineleganter proferet illud: Mihi iussa capescere fas est.


Tu mihi quodcunq;

Quū significabimus alicuius fauore atq; auxilio, amplissima quæq; nos assecutos, usurpare poterimus illud: Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptrum Iouemq; Cōcilias. Dicitur ab Aeoli persona, agnoscentis quicquid habet imperij dignitatisq;, id omne Iunonis sibi contigisse beneficio.

D

4

O terq;



O terq̄ quaterq̄ beati.
 De felicibus, & qui rebus omnibus
 ad uitæ spectantibus, abundant.

Motos præstat cōponere fluctus.
 Quoties inter se dissidentes, conabi
 mur ad concordiam reducere, con-
 ueniet illud: Motos præstat compo-
 nere fluctus.

Sequit animis ignobile uulgus.
 Hoc uersu innuemus, declinandam
 esse concitantem plebem, quæ ob im-
 peritiam & perturbationem, potius
 rapi solet, quàm ratione duci.

Furor arma ministrat.
 Significat iratum hominem, quod
 primum obuiū est, id sibi pro armis
 capere.

Post mihi, non simili poena
 commissa luetis.
 Hoc uersiculo præceptor aliquis, in-
 nuet

nuet se grauius animaduersurum in
discipulos, si semel admissam culpam
iterauerint.

Ille regit dictis animos,
& pectora mulcet.

De præceptore litigantes discipu-
los comprimente. Poterit etiam de
principe populi seditiones cohercen-
te, & de eloquētia dici, cuius tanta po-
tentia est, ut urbes quoque olim, suo
uersauerit arbitrio.

Cunctus pelagi cecidit fragor.

Hoc carmine innuemus, extinctos
in urbe tumultus, uel lites & iurgia in-
ter maritum atq; uxorem.

Optata potiunt Troës arena.

Si quos eo peruenisse uidebimus,
quo magno desiderio profecti sunt,
applicabimus illud: Optata potiun-
tur Troës arena.

D S O passi



O passi grauiora.


Si quis præteriti incommodi recordatione, animabit sese ad toleranda præsentia mala, citabit illud: O passi grauiora, dabit deus his quoq; finē.

Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonātes, Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa Experti.

In homines, magnis terra mariq; periculis defunctos. Est apud Maronē Aeneę hortantis suos, ut mala præsentia magno animo ferāt, assecuturi tandem pacatas sedes, in quibus constituti sint imperium.

Forſan & hæc olim meminisse iuuabit.

Hoc ſignificat, iucundiſſimam eſſe præteritorum malorum recordationē. Vnde fit ſæpenumero, & libenter nauſe amicis narrent, quæ medijs in flu



fluctibus aliquando adierint pericula: & miles, quot pugnaverit in hostē prælijs, quot cicatrices tulerit.

Per uarios casus.

Perpetua quædā militia est uita hominis, in qua laborandum est nobis, ut simus hostea in ocio, ad hoc significandum conueniet illud: Per uarios casus, per tot discrimina rerum, Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas Ostendunt.

Durate.

Hoc uerbo iuuenē uirtutis uiam semel ingressum, hortabimur ut p̄gat, neq; desistat donec superata difficultate, in summum eius euaserit, ubi laborum suorum, capturus sit uberrimos atq; iucundissimos fructus.

Spem uultu simulat, premit
altū corde dolorem.

In



In tristem, qui tamen se gaudere si-
mulat.

Implentur ueteris Bacchi,
pinguisq; ferinae.


In gentem comineffationibus dedi-
tam cōueniet, maxime in aulicos no-
strates, qui intempestiuis conuiuatio-
nibus dediti, noctes diesq; bacchant.

Hic pietatis honos, sic nos in
sceptra reponis?

Vti licebit hoc uersu, quoties noce-
bunt nobis, de quibus ipsi aliquando
bene sumus meriti. Vt ad Ciceronē
interficiendum, uenit Popilius qui-
dam Lenas, quē ipse Tullius capitali
iudicio ante defenderat. Veneris est
apud Vergilium, indignantis Aene-
am suum à dijs negligi, quorum ille
templis tot dona tulisset.

Canafides.

De



De certa fide. Nam canitie multa resperſi homines, minus ſunt fraudulententi.

Scelere ante alios, immanior omnes.


In eum dicetur, in quo innuemus iniquitatem & malitiam, uſq; ad ſummum gradum creuiſſe.

Cur dextram iungere dextræ, non datur.

Si amici cuiuſpiam longius diſſiti, præſentiam deſiderabimus, iſs cõueniet uti uerſiculis: Cur dextræ iungere dextram? Non datur, & ueras audire & reddere uoces?

Quæ regio in terris, noſtri non plena laboris?

Hoc uerſu ſignificabimus, toto eſſe orbe diſperſa, ſcriptoris cuiuſpiã opera; ut ſunt apud omnes doctos hacten-



tēpestate lucubrationes Erasmi, quos nullus recentiorum (quod sciam) aut plura, aut etiam meliora scripsit.

Res animos incognita turbat.

Dicetur in homines idiotas, qui sicubi de rebus memoratu dignis sermo instituit, stupere solēt. Nōnulli etiā irasci, si quis haud paulo doctior, inter cōnandum latine loqui cōeperit.

Tros Tyriusq; mihi.

Si quis indicabit se erga studiosos a dulcescentes perinde esse, ac album fixum in albo lapide, omnesq; ex equo diligere, non intempestiuiter accommodabit illud: Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur.

In freta dum fluuū.

Si cui innuemus re pulchrè & insigniter gesta, immortalitatem cōparatā, hos licebit uersus usurpare. In fre-

ta dum

ta dum fluuij currēt, dum montibus
 umbrę Lustrabunt, cōuexa polus dū
 sidera pascet, Semper honos, nomēq;
 tuum, laudesq; manebūt. Et huiusmo
 di quidem figurę passim obuię apud
 illustres poētas, speciem omnes quan
 dam habent prouerbij.

Nouas artes, noua pectore
 uersat Consilia.

In hominem qui totus struendis insi
 dijs intētus est. Qualis fuit Carthagi
 nensis Hannibal, à quo toties insidijs
 petiti sunt Romani.

Haud tātō cessabit cardine rerū.
 Pro eo quod est, non desistet à nego
 cio penè transacto.

Te iam septima portat, Omni
 bus errantem terris &
 fluctibus æstas.

Venustissimum hoc erit, si in homi
 nem



nē erraticū, & nullius rei detruseris.
 Hæc in nostros, fabricata
 est machina muros.

Si quid innuemus paratum in no-
 stram pernitiē, congruet illud: Hæc in
 nostros, fabricata est machina mu-
 ros. Dicitur apud Vergiliū de equo
 Troiano, quem Græci in Troiano-
 rum exitium ædificauerant.

Crimine ab uno, disce omnes.

Si quis malos esse quosdam & cor-
 ruptos suspicabitur, quod cum malis
 consuetudinem habeant, dicet illud:
 Crimine ab uno, disce omnes. Ab
 hoc nihil discrepat Terentianū illud:
 unum cognoris, omnes noris.

Nos aliquod nomen, de-
 cusq; gessimus.

Hoc uersu indicabit se quispiam, nō
 omnino inglorium ætatem exegisse.

Gelsi



Gelidusq; per ima cucurrit.

Qui dicet in maximo metu se fuisse,
non incōcinniter adhibebit illud: Ge-
lidusq; per ima cucurrit.

Eripui lætho me.

Si quis innuet se graui & periculoso
morbo liberatum, aut aliud quippiã
deuitasse mali, accommodabit illud:
Eripui lætho me.

Omnia ferre sub auras.

In hominem linguę incontinentis.
Qualẽ se esse cum innuere uellet Te-
rētianus Parmeno: Plenus (inquit) ri-
marum sum, hac atq; illac perfluo.


Excussit ceruice securim.

Hoc uersiculo innuemus quempiã
malum, quod imminebat depulisse.

Scelus expendisse mœrentem.

Si quem merito pœnis affectum di-
cemus, locus erit illi: Scelus expendis-

E se mœ



se merentem, Laocoonta ferunt. Dicitur apud Vergilium de Laocoonte à serpentibus absumpto, quod (ut Troiani crediderunt) tentandi gratia cuspidem antea immisisset in equū Mineræ, à Græcis edificatum.

O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrum.


De homine eloquente, & qui bonas literas scribendo, ab iniuria nititur obliuionis uindicare.

Fuimus Troës.

Hoc Vergiliano adagio, significabitur actum esse de quopiam. Recensetur ab Erasmo, ne quid interim debita gloria fraudetur, atq; de possessione (ut aiunt) deiciatur.

Milia tot magnis nunquã uenere. Significabitur hoc carmine inges hominũ multitudo. Vsurpauimus nos

in



in epistola quadam ad doctissimum uirum Ioannē Murmelium : sed quā aptè, aliorum esto iudicium.

Vna salus uictis, nullam sperare salutem.

Si quis innuet desperationem uerti nonnunquā in uirtutem, dicet illud: Vna salus uictis, nullam sperare salutem. Apud Iustinum historicū arua-
lissimum est, Locrenses cum Crotoni-
ensibus pugnantes, nulla alia causa ui-
cisse, quā quod antea ob suorū pau-
citate[m] desperassent.

Aspirat primo.

Cum in negotio quopiam bene se-
se habebūt principia, rectè accommo-
daueris illud: Aspirat primo fortu-
na labori.

Nihil inuitis fas quenquam fi-
dere diuis.

E 2 Gra



Grauiſſima ſententia, interpretatur
 Donatus inefficax reddi, quicquid hu-
 mana induſtria aduerſus dei uolunta-
 tem molitur: hominibus enim deus
 potentior. Simillima huic ſententiæ
 eſt Antoni Sabellici illa in Enneadi-
 bus. Fruſtra opponuntur diuinæ uo-
 luntati, humana conſilia.

Iuſtiſſimus unus, Qui fuit in Teu-
 cris, & ſeruantiffimus æqui.

Laudabitur hoc quiſpiam à iuſtitia,
 quæ nos ſuapte ſponte ſequetur, ſi o-
 mnem malam cogitationem de cor-
 dibus noſtris depoſuerimus.

Dijs aliter uiſum.

Quod ſuperi dant ferendum: cœ-
 lum culpate quis audet?

Domus interior gemitu, miſce-
 roq; tumultu Miſcetur.

Perquam uenuſtum erit, ſi ad ani-
 mum

mum deflexeris, hoc uidelicet sensu:
 Corpus bene habet: sed ira, cupiditate,
 libidine mens exagitata, ingemit.

Tibi pro scelere, pro talibus au-
 sis Dii, si qua est cœlo pietas, quę
 talia curet, Persoluant grates
 dignas, & præmia red-
 dant Debita.

Imprecatio in hominem scelestiorē.

Quoniam nostri tibi cura recessit.
 In eum qui nostri desijt meminisse.
 Ne qua parentis iussa time, neu
 præceptis parere recusa.

Hoc carmine monemur obtempe-
 rare parentibus, quod quidem, haud
 grauatè nos decet facere. Quādoqui-
 dē deus ijs qui erga progenitores pie-
 tatem coluerint, non modo uitę pro-
 mittit immortalitatem, uerum etiam
 in hac, interim uitę longæuitatem.

E 3 Nusquā

Nusquam abero.

Cōueniet, si cui in rebus omnib. sup
petias p uirib. nostris pollicebimur.

Sedibus hæret in iisdem.


In eū qui nihil promouet, sed indo
ctus, ignauus iuxta semp manet. In
eos etiā torquebit, q in iisdē semper
senescunt studijs: ueluti si qs neglecto
questuoso legum studio, assidue poē
tas euoluat, qui quid ad farinas?

Quo res cunq; cadent, unum
& commune periclū.

Simillimū est illi apud Ciceronem:
in eadem es nauis. Cui quoq; prouer
bio, Erasmus non improspere sub
scripsit.

Stat casus renouare omnes,
omnemq; reuerti Per Tro
iam, & rursus caput ob
iectare periculis.

Hoc



Hoc dicet qui periculis, quę semel expertus est, iterū obijcere sese constituit: ut si quis iterum nauigare decreuerit, factō ante naufragio.

Ipsa silentia terrent.

Qui significabit insolitum uspiam silentium esse sibi suspectum, atq; ob id se timere insidias, adducet illud: Ipsa silentia terrent.

Quid tantum insano iuuat indulgere labori.

Hoc uersiculo monebitur quispiam, ne in laborando nimium sit uehemens. Nam ut immodicum ocium, ita labor quoque immodicus, ualitudini inimicus est.

Non hęc sine numine diuum Eueniunt.

Si quę indicabimus ad amplissimas dignitates, unius dei fauore subuectū,

E 4 appo



appositè dicemus illud: Non hæc sine numine diuum Eueniunt.

Tantum æui, longinqua ua
let mutare uetustas.

Hoc uersu significabimus nihil esse tam firmum, quod non demoliatur tandem longa annorum series.

Sic oculos, sic ille manus, sic
ora ferebat.


De filio patri simillimo: aut alijs quibusdã rebus, nihil inter se dissimilibus

Sternimur optatæ gre
mio telluris.

Desideratum iam diu portũ nacti, aut in patriam (quæ nullos non dulcedine aliqua ducit) appellentes, usurpabimus illud: Sternimur optatæ gremio telluris.

Remis uentisq̃,

Hac prouerbiali metaphora, dice
mus



mus aliquos maximo conatu adniti
atq; incumbere. Sumptum à nautis.

Sua cuiq; exorsa laborem, for
tunamq; ferent.

[Hoc carmine significabimus fe
rendum cuiquam id incommodi, cu
ius ipse autor fuerit. Hoc in sermoni
bus dicere solitum audio Petrū Mon
tanum, uirum in omnium bonarum
artium disciplinis egregium.


Mihi frigidus horror.

Si quis indicare uolet se uehemēter
re quapiam perterrefactum, citabit
illud: Mihi frigidus horror, membra
quatit, Gelidusque coit formidine
sanguis.

Quid non mortalia pectora co
gis, Auri sacra fames?

Si quādo dicemus homines auri gra
tia, diuina & humana miscere, infan

E s da



da & execrabilia moliri, noua uoluta-
re in pectore consilia, contaminare,
diripere, spoliare, occidere, locus e-
rit illi: Quid non mortalia pectora co-
gis, Auri sacra fames?

Contactuq; omnia foedant.

In quos quæso hoc aptius detorseris,
quàm in Calcographos indoctos,
qui ueterum pariter ac recentium
autorum labores, ob inscitiam corri-
piunt, lanij uerius quàm calcographi
appellandi. Horum indiligentia, aut
inscitia potius, fortassis latius hoc tē-
pore grassaretur, nisi constantius resi-
sterent doctissimi duo calcographi,
Aldus Manutius, & Iodocus Badius
quàm emendatissimè imprimentes,
optimos quoq; autores ab orco mor-
tuos reduces in lucem faciunt: & qui
olim prodigiosis mendis scatebant,
eos

eos ab omni iniuria uindicantes, e/
mittunt.

Expletus dapibus, uinoq; sepultus.
Quadrabit in hominem, uino & epu/
lis grauatum.

Trunca manum pinus regit,
& uestigia firmat.

De homine decrepito, qui pedum
destitutus uiribus, baculo nititur.

Omnis curæ casusq; leuamen.

Si decesserit amicus, quo cum iocos
seriaq; iuxta miscere consueuimus,
adducamus illud: Omnis curæ ca/
susq; leuamen, Amitto Anchisen.

Conticuit tandem, factoque
hic fine quieuit.

Facete in eum torquebitur, cuius in
conuiuio, post longas & molestas fa/
bular, silentium nobis gratum esse in/
dicabimus.

Sed



Sed mihi uel tellus.

Qui dicet se uel mori malle, quàm
id facere quod infamię sibi sit futurũ,
usurpabit illud: Sed mihi uel tellus o-
pitem, prius ima dehiscat.

Habes quod tota mente.

Si quem indicabimus, quod uoluit
assecutũ, usui erit illud: Habes quod
tota mente petisti.

Ipse ante alios pulcherri-
mus omnes.

De scriptore præter cæteros facun-
do, aut uiro statura præter cæteros
excelsa.

Pariter facta atq; infecta canebat.
In hominẽ falsa ueris intermiscentẽ.

Duris genuit te cautibus horrẽs.

In eum, qui ingenio est adeo duro
atq; inexorabili, ut neq; misericordia,
neq; precibus molliri queat, non in sci

te tor


te torquebitur illud: Duris genuit te
 cautibus horrens Caucasus, hyrcanæq;
 admorunt ubera tigres. Siquidē
 Phauorino apud Gellium autore, ad
 fingēdas animi corporisq; similitudi-
 nes, natura seminis & lactis ingenia,
 & proprietates ualent. Neq; in homi-
 nibus id solum, sed in brutis quoque.

Pedibus talaria nectit.

Vsui fuerit, si quem indicabimus fu-
 gam adornare. Potest etiam de eo di-
 ci, qui se parat ad opus aliquod per-
 agendum,

Nusquam tuta fides.

Hac sententia significabimus, tantā
 esse hominum perfidiam, ut uix ullus
 sit, cui credere quicquam possis. Con-
 similē habet sensum, illud in Andria
 Terentiana: Nulla ne in re, esse cui-
 quam hominum fidem:



Nullis ille mouetur fletibus, aut
uoces ullas tractabilis audit.

In hominem plane saxei capitis, atq;
inexorabilem.

Magnoq; irarum fluctuat æstu.

In eū qui secū stomachatur. De Di
done dictū est, indigne ferente, quod
Aeneas fugam clam appararet.


Potes hoc sub casu du
cere somnos?

Hoc uersu monebimus nō esse dor
mitandum, undiq; imminētibus peri
culis: ut si hostis muros habeat.

Varium & mutabile sem
per Fœmina.

Significat mulieribus non esse cre
dendum, propter inconstantie uitiū,
cui natura sunt obnoxia.

Gradū studio celebrabat anili.
Cōgruet in cunctātius aliquid agen
tem.



tem. Dicitur etiam non ineptè de eo
qui quod potest facit, non quod uult.
Est apud Poëtā de ablegata nutrice.

Littus ama, Altum alij teneant.

His monebimus quempiam, ut à
negocio abstineat, cui sit impar: uelut
si de grammatica scribēs, theologi-
am eruditioribus relinquat.

Cedit, quoniā spoliata magister est.
Nihil stabile, quod duce caret.


Possunt, quia posse uidentur.

Ad rem peragendam confert pluri-
mū, si quid te non desperes posse con-
ficere, aut alij te posse existiment.

His ego suetus.

Si quis indicabit, quæ puero sibi fue-
rint cordi studia, eadē seni desijisse iu-
cūda esse, dicit illud: His ego suetus,
dum labor, uires sanguis dabat, Ae-
mula nec dum, temporibus geminis

ipar



spargebat cana senectus,
 Volucres diuerberat auras.

Si quem dicemus inanem operam
 sumere, accōmodabimus illud: Vo-
 lucres diuerberat auras. Vt nos feci-
 mus, docendis plerisq; discipulis.

pie ego paulisper, pro te tua mu-
 nera obibo.

Qui defesso integer in negotio suc-
 cedit, illud citabit: Ipse ego paulisper,
 pro te tua munera obibo.

Tu ne cede malis, sed contra
 audentior ito.

Id est ne in aduersis animū deijcias.

Sopitos suscitāt ignes.

In eum, qui sopitū diffidiū renouat.

Superas euadere ad auras.

Multi sunt in hac uita perferendila-
 bores, ad immortalitatem tendenti-
 bus, ad id congruet illud, Superas eua-
 dere

dere ad auras, Hoc opus, hic labor est
 Nunc animo opus Aenea,
 nunc pectore firmo.


Hunc uersum occinemus aggressu
 suo negociū, in quo sit animo opus
 atque audacia.

Nec uidisse semel satis est.

Si quam picturam librumue innue-
 mus nobis ob elegantiam uehemen-
 ter placere, locus erit illi: Nec uidisse
 semel satis est, iuuat usq; morari. De
 filio quoq; dicetur, q̄ è longinquis lo-
 cis parenti expectatus redijt, cuius cō-
 spectu parens sub primum illum ap-
 pulsum, expleri nequiuerit.

Hinc Itale gentes, omnisq; Oe-
 notria tellus, In dubijs
 responsa petunt.

De homine sapientia multa prædi-
 to, ad quem consulendi causa undi-
 que



dique concurritur.

Ab Ioue principium generis.

Locus in hominem se iactantem natalium splendore.

Multi nos populi.

Si quis innuet se à multis certatim peti, conueniet illud: Multi nos populi multę Et petiere sibi, & uoluerē adiungere gentes. Apud poētā parenthesis est, quā ideo detraximus, quod ad rem nihil attinere uideretur.

Dij nostra incepta secudent.

Orantes ut incepta nobis negocia, deus ad felicem exitum perducatur, uersurpabimus illud: Dij nostra incepta secudent.

Non uobis rege Latino Diuitis
uber agri Troięue opulentia deerit.

Hoc uersu indicabitur, sub optimo præ

præceptore non defuturum discipulis ; quod discant.

Cui tristia bella, Iræq; insidiæq;, & crimina noxa cordi.

In eū dicet qui rixis, bellis, dolis gaudet, eaq; quoquo iuerit secum feret.

Odit & ipse pater Pluton, ode re sorores Tartaræ.

In hominem omnibus inuisum.

Ne noster honos.


Si quis ingentem semel de se hominibus spem dederit, huic annitendum, ne eā segnicie minuat, ad quod significandum illud conueniet: Ne noster honos, infractaq; cedat Fama loco.

Stupet inscia turba.

Indocti quæ nesciūt, in alijs mirant.

Et ululatibus æthera complent.

In mulierū intemperiem. Qualis illa fuit olim in senatu Romano lacry-



mátium mulierum, atq; obsecrantiũ,
 ut una potius duobus nuberet, quàm
 uni duæ. Historia est in noctibus Gel
 lianis

Tot incassum fusos.

Si quis literatior cõstituerit abolere,
 quæ multo labore conscripsit, hoc di
 cemus: Tot incassum fusos patiẽre
 labores.

Eximię laudis succensus amore.

Hoc uersiculo innuemus laudis stu
 dio excitatũ quempiã, ad pulchrum
 aliquod facinus peragendum.

Nobilis & fama, multis memo
 ratus in oris.

De homine, qui ob eruditionẽ nulli
 non est notus.

Ad nos uix tenuis.

Si quid nobis parum cognitum innu
 ere uolemus, congruet illud: Ad nos

uix

uix tenuis famæ prolabitur aura. Est
poëtæ inuocantis deas, ut res parum
cognitas, suggerant scribenti.

Conuectare iuuat prædas,
& uiuere rapto.

In eos qui nulla re furaces manus ab
stinere possunt, quiq; student diripi-
endis opibus.

Toto uertice supra est.

De eo qui cæteros anteit corporis
magnitudine.


Hic tibi certa domus.

Hoc uersu indicabimus cui piã, do-
mum nostram iure amicitiaẽ semper
patêre.

Requies ea certa laborum.

Hoc carmine significabimus non
non esse magnopere timendam mor-
tem, quod ea uitæ huius laboribus,
ferũdisq; miserijs finẽ imponere uide-

F § atur,



atur, & certe imponit ijs qui ex hac lacrymarū ualle ad cœlum demigrant.

Accepitq; manu, dextramq;
 amplexus inhæsit

De homine qui officiosius aliquem exceperit. Ut me iurecōsultus inter Louaniēses doctissimus, Petrus The-
 neus, quoties ad se inuitat, fraterna
 quadam charitate complectitur.

Iam matura uiro, iam plenis
 nubilis annis.

De puella quæ per ætatem uirum re-
 cipere iam potest. Nihil enim uetue-
 rit usurpare, de puero iam per ætatē
 ad literas discendas idoneo.

Fugit ilicet ocior Euro.

De ætate qua nihil est fugacius. Hoc
 innuens Horatius secundo libro Ser-
 monū: Heu heu fugaces, Posthume,
 inquit, Posthume labuntur anni.

Pe

Pedibus timor addidit alas.

Trepidat de fugienti, metus est pro alis.

Omniaq; arma aduocat, atq; armis uastisq; molaribus instat.

In eum conuenit, qui magno conatu rem aggreditur.


Neq; enim fuga iam super ulla periculi est.

De eo qui est circumuētus, ita ut imminens periculum iam nequeat effugere. Ad hūc modum Carthaginensis Hannibal, uidens undiq; se occursum militū Romanorum obseptum, poculum, in quo uenenum multò ante præparatum inerat, exhausit: auctor Liuius.

Nequeunt expleri corda tuēdo.

Qui rei cuiuspiam aspectu impensius delectabitur, non inscite deflexerit illud: Nequeunt expleri corda tuēdo.

F 4 Quic



Quicquid in arte mea.

Qui innuet, amici omnes res sibi curæ fore, dicet illud: Quicquid in arte mea possum promittere curæ, Quod fieri ferro, liquidoque potest electro, Quantum ignes animique valent, assiste precando.

Incubere omnes, pariterque laborem Sortiti.

De opere intētis. Est apud Poētam de ijs quos fabricæ suæ Vulcanus deorum faber præfecerat.

Tua cernere facta.

Cum innuemus optimum esse, ut discipulus boni præceptoris vitam omnem ac mores intueatur, discatque mirari: sic enim fore ut libentius imitetur, congruet illud: Tua cernere facta Assuescat, primis & te miretur ab annis. Dicit apud Vergiliū Euander ad

ad Aeneam de Pallante filio, quē uult
idcirco cum duce Troiano proficisci,
ut sub militia illius tyrocinij rudimen-
ta deponat, & fortissimi ducis consue-
tudine rei militaris peritior euadat.

Quas poenas mihi Turne dabis.
Ming in quempiam, qui nobis male
fecerit.


O mihi præteritos referat si
Iuppiter annos.

Est senis præteritam ætatem optan-
tis, quæ rebus gerendis, & ad glori-
am comparandam magis idonea est:
senectus uiribus destituta, cōsilio tan-
tum ualet.

Haud uatum ignarus, uen-
turiq; inscius æui.

De eo, qui futura prædicere potis
est hanc artē, ut multi sibi uendicant
insolentes, ita paucissimi callent.

F S Con



Contra Neptunum, & Venere
rem contraq; Mineruam,
Tela tenent.

Conuenit in eum qui infirmior, con-
tra longè potentiozem depugnat: ut
si Frisus Gallo, Burgundo, Gelris
bellum inferat.

Rerūq; ignarus imagine gaudet.
In prophanos. Qui si quando ad spe-
ctandas comœdiarū actiones admis-
si sunt, dum nullam habēt idiomatis
cognitionem, personarum uestitu at-
que ornatu oculos pascunt.

Rumpe moras omnes.

Hoc significabimus, properādum
cuiuspiam ad rem peragendam.

Diues equum, diues pictai
uestis & auri.

De homine uehementer diuite.

Tum uero incumbunt, urget

præ

præsentia Turni.

Præsentibus heris diligētius omnia agūt serui. Et in scholis pueri libris suis immutant, magister ubi adest.

His amor unus erat.


De duobus qui magna inter se concordia uixerint. Est apud Poëtam de Niso & Euryalo, qui tam cōcordes in uita fuerunt, ut inter rara amicorum paria collocari meruerint.

Aliquid iam dudum inuadere magnum. Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.

Nonnulli magna semper moliūtur, nonnullos ocij impatiētes, tenet insanabile scribendi studiū: ad quod significandum, ualent superiores uersus.

Consilium summis regni de rebus habebant.

Hisce



His uersiculis eos ridebimus, qui se
motis alijs, perinde sermonē seruāt,
ac si de serijs arduisq; rebus colloque
rentur, cum interim nugas agant.

Meritanti non immemor
unquam.

Huic locus erit, si quis dicet accepti
beneficij memoriam, ullo unquam
die apud se interituram. Ut mihi do-
nec hoc uitæ munus saluū esse deus
uolet, non intermorietur apud me Ia-
cobi Poterij Brugēsis, à latine linguæ
studijs non abhorrētis, hominis mu-
nificentiaē erga nos memoria.

Spondeo digna tuis.

Qui promittit mercedem non pœ-
nitendam, ablaturum quempiam ob-
nauatā alteri operā, applicabit illud:
Spōdeo digna tuis, ingētibus omnia
cœptis.

Nec

Nec partum gratia talem
Parua manent.

Hoc significabimus, doctissimi cuius
piam uiri opus, futurū studiosis gra-
tissimum.

Ante annos.


Ad significandum hominem, uiridi
adhuc etate, fortitudine & cōsilio ui-
rum, congruet illud: Ante annos ani-
mumq; gerens, curamq; uirilem.

Sed non augurio.

Cum libebit quempiam ridere, qui
cum augurandi scientiam professus,
alijs mala prædixerit, ipse quid sibi es-
set euenturum mali, præuidere mini-
mè potuerit. Nō in facetè citabimus
illud: Gratissimus augur, Sed non au-
gurio potuit depellere morbum.

Multoq; iacebat.

Si quando apud literatos iocabimur
in



in ebrīū iacentem, & ut Verg. ait: To-
to perflātē pectore somnū, haud in-
concinniter usurpabimus illud: Mul-
toq; iacebat Membra deo uictus. Per
deum, intellige Bacchū uini deum.

Si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori
uos eximet æuo.

Hoc uersu scriptis nostris famā cui-
piam perennem pollicebimur, quam
in illustrium poëtarum atque orato-
rum operibus, adepti sunt non pauci
illustres principes.

Confixiq; suis telis.

In eum qui eius ipsius uerbis reuin-
citur. Translatio sumpta à militibus,
qui nonnunquam in pugna suis ipso-
rum gladijs transuerberantur. Similli-
mum est illi in Terētianis Adelphis:
Suo sibi gladio hunc iugulo.

Digna

Digna atq; indigna.

Si quē significabimus inter iurgan-
dū nihil reticuisse, sed quicquid in buc-
cā uenerit dixisse, cōueniet illud: Di-
gna atq; indigna relatu uociferans.

Tumidisq; nouo præcordia
regno lbat.

In eum, cui sublatus animus est, quia
paululū forte accesserit possessionis à
mortuis parentibus relictae: aut quia
sacerdotium obuenerit inopinatum.

Et tunice manicas, & habent
redimicula mitre.

In hoīes immodice cultu indulgētes.

Maeste puer uirtute noua, sic
itur ad astra.

Dicetur adulescenti, qui supra etatē
in literis aut philosophia profecerit.

Omnia longæuo similis, uul-
tumq; coloremq;.



De puero uultu patrem referente,
aut (si ad animū uelis trahere) per ue/
stigia paternæ uirtutis decurrente.

Et conferre manum, & procur/
rere longius audent.

De puerulis, quos sic in politiori lite/
ratura profecisse indicabimus, ut con/
discipulos quoque in literarium cer/
tamen audeant, tanquam in arenam
prouocare.

Me alta silētia cogis rumpere.

Qui innuet inuitum se atq; coactū
proferre, quod celato fuerat opus, ad/
ducet: Me alta silentia cogis Rūpere.

Spes addita suscitaturas.

In imperatorem, qui iniecta spe ma/
nitionis cuiuspiam potiunde, fortius
instat.

Numina nulla premunt.

Vt nihil satis tutum illis, qui iratos si/
bidi

bi diuos habent, sic nihil metuendū
ijs qui eosdem habent propicios, aut
certe non inimicos. Ad hoc signifi-
candum, dicetur illud: Numina nul-
la premunt.

Stat sua cuiq; dies, breue & irre-
parabile tempus, Omnibus est
uitę: sed famā extendere factis,
Hoc uirtutis opus.


Hoc carminis, primū admonet nos
breuitatis humanæ uitæ: deinde quia
mortales sumus, ut præclaris factis im-
mortalitatē nobis comparemus, ne
ueluti pecora uitā egisse uideamur.

Iam sua Turnum Fata uocant, me-
tasq; dati peruenit ad æui.

Hoc innuemus fieri non posse, ut di-
utius in uita permaneat, qui ad sum-
mam senectutem peruenerit.

Nescia mens hominum fati,

Glotrisq;



sortisq; futuræ.

Prorepimus omnes immortalitatē,
incerti quem simus uitæ exitum habi-
turi, interim obnoxij malis omnibus
Nec iam fama mali tanti, sed

certior autor.

Cum indicare uolemus, post rumo-
rem de re quapiam sparsum incerto
autore, allatum tandem uerum nun-
cium, recte accommodauerimus il-
lud: Nec iam fama mali tanti, sed cer-
tior autor. Quemadmodum nuper
hic, cum aliquandiu rumor perseue-
rasset, extinctum in Hispanijs Philip-
pum principē nostrum, rumori mul-
tis fidem non habentibus, redierunt
tandem ex Hispanijs nobiles, & anti-
qua fide uiri, qui mortuum cum suis
oculis uidisse affirmarent, actum de-
mum credidimus omnes. Tū demū

cha

charissimi principis manibus uber-
tim fundere lacrymas, & singulis in
urbibus parentare cœpimus.

Frater ne desere fratrem.

Conueniet, si quando innuemus æ-
quum esse, ut germanus germanū,
cognatum cognatus, amicū amicus
adiuuet, si quis forte incōmodi quip-
pam adferre conabitur.

Spes pacis inanes.

De frustra sperantibus.

In melius tua quæ potes
orsa reflectas.

Hoc monebitur adolescēs luxu per-
ditus, ut emergat aliquando, & se ad
frugem bonam recipiat.

A cron Graius homo.

In eum, cui indicabimus non esse fi-
dem habendā, nisi simul rem præsen-
tem exhibeat. Nam Græci olim ob le-

G 2 uitatem



leuitatem empturi quippiam, non nisi adnumerata pecunia admittebant.

Quo moriture ruis, maioraque
uiribus audes.

Apte detorseris in temerarium in-
consideratumque. Dicit etiam poterit in
eum, qui profitens artem quam non
didicerit, magno cum dedecore, & no-
minis sui uelut interitum decedit.

Iussa aliena pati & dominos
dignabere.

Congruet, si quando deterrere alium
a seruitute conabere.

Abstulit atra dies, & funere
mersit acerbo.

Hoc queremur, immatura morte a-
demptum nobis amicum. Poeta funus
acerbum dixit, hoc est immaturum,
sumpta a pomis tralatione.

Et nunc ille quidem spe mul-

tum

tum captus inani.

De inaniter sperantibus. Dicitur apud Vergilium de Euandro, qui quotidie uota faciebat, iaciebatq; stipē p salute interempti in bello filij.

Hei mihi quantum præsidium.

Si quem uirum eruditione atque facundia celebrem, dicemus fato functum, qui in uita laborantibus bonis literis opem tulerit, competet illud: Hei mihi quantum præsidium Ausonia, & quantum tu perdis.

Cui neq; fulgor adhuc.


Si qua erit mulier annosior, cui tamē forma nōdum defloruerit, haud ineptè citauerimus illud: Cui neq; fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit.

It lacrymans, guttisq; hume

ctat grandibus ora.

Licebit hoc per uisionem usurpare

G 3 in di



in diuitis cuiuspiam hæredē, qui de-
 functo diuite mœrorē falsis lacrymis
 pullataq; ueste simulat, re gaudens,
 Nullum cum uictis certamen,
 & æthere cassis.

Hoc indicabimus, non esse dicen-
 dum prauius in mortuos, neq; defun-
 ctorum scripta reprehendenda.

Non hæc ô Palla.

Pater qui in filio multum diuq; expe-
 ctato, profectu frustratus est, usurpa-
 bit illud: Non hæc ô Palla dederas
 promissa parenti. Dicit apud poëtã
 Euander, audita filij morte.

Ne uero ne ine ad tales.

Si quis postea monitus, ut in princi-
 pis cuiuspiam uitã stilum infigat, in-
 nuere uolet non esse tantum in eos di-
 cere, qui molares domi hunc, quibus
 insectantiũ mordacitatem conficiãt,

non

non ineleganter accommodauerit illud: Ne uero, ne me ad tales impellite pugnas. Experto credite.

Vergilianum & hoc, quo moneamur ijs credere, qui plurimas res experientia didicerunt.

Ambo animis, ambo insignes,
præstantibus armis.

Huic uersiculo non nihil fuerit loci, si quando imperatores duos, à uirtute bellica laudabimus. Quales omnino fuerunt apud Romanos olim Cæsar dictator, et Octavius Augustus. Quorum alter potētissimos exercitus uirtute sua fudit: alter multis magnisque prouincijs domitis, peperit & ocium humanis gentibus.

Nec uicti possunt absistere bello.
In pugnandi auidos.

Spes sibi quisque (subaudi sit)

G 4 Opti




Optimum est in bello, ut unusquisque miles in seipso spem habeat, non in aliena uirtute.

Consulte in medium, & rebus succurrite fessis.

Nescio an quicquam fuerit hoc uersu elegantius, si utemur eo, monentes in literis egregios uiros, ut pereunti reipub. literarię opẽ ferant, emendandis ueterum codicibus, sine quibus res literaria incolumis stare non potest. Louanij hoc tempore uidentur mihi studia hæc nostratia ex parte sibi aliqua restituta, diligẽtia latinę doctissimi amici mei Ludouici Viuis, Hispani generis, qui quotidie docendo, dormienteis excitauit hic latinas musas.

Consilijs habitus nõ futilis autor.
De uiro prudẽti, & qui cõsilio pollet.

Est



Est de Drance oratore apud Verg.

Dicam equidem, licet arma mi
hi mortemq; minentur.

Veritas non dicitur hodie sine peri
culo. Huius tamē nōnulli ita sunt stu
diosi, ut & odio haberi pro hac, & uin
cula etiam ferre, haud recusauerint.

Non replenda est curia uerbis.

In eum dicetur, qui tunc consulen
dum atque deliberandum existimat,
cum urgēte amico, uiribus potius u
tendum sit.


Tibi Mauors uētosa in lingua.

In eos qui uerbis duntaxat bellige
rantur.

Multa dies uariisq; labor.

Si quem innuemus, fortunæ fauore
in eundem dignitatis locum subue
ctum, unde paulò ante eiusdē iniqui
tate fuerat eiectus, locus erit ijs uer

G S sibus:



sibus: Multa dies, uariisq; labor mu-
tabilis æui, Retulit in melius, multos
alterna reuisens Lusit, & in solido
rursus fortuna locauit.

Turnus Ego, haud ulli uete-
rum uirtute secundus.

Hæc irrisiõnem accommodare lice-
bit, si quis miles corporis robore, pe-
ritiaq; militari: aut oratoriæ studio-
sus, dicendi facultate elatus, insolenti-
us sese iactauerit.

Quas dicere grates, quasue
referre parem.

Cõueniet, sicut nos beneficio deuin-
ctos significabimus. Vsurpat id uer-
siculi Politianus in epistola quadam.

Haud Ligurum extremus, dũ
fallere fata sinebant.

Huic locus erit, si quẽ indicabimus
in uita fallacem & malignum. Fuere
enim

enim Ligures fallacia notabiles.

Nequicquam patrias tenta
sti lubricus artes.

In eum, qui frustra fallere alium co-
natus est.

O semper inertes Tyrrheni, quæ
tanta animi ignavia uenit:


In discipulos stantes segnes apud se,
& assiduè oscitantes.

Non in Venerem segnis, no-
sturnaq; bella.

In mulierosos. Vt Caligulam prodi-
tum est, tam fuisse in libidinem pro-
num, ut sorores etiam uiciauerit.

Et nos tela pater, ferrumque
haud debile dextra Spargi-
mus, & nostro sequitur de
uulnere sanguis.

Si tu mecū ferociter agas, habeo ui-
cissim, quo ferotiā tuā retundā. Simil-
limum



limum est illud Plautino : Si tibi machera, & nobis urbina est domi.

In te domus inclinata recumbit.

Ad eum qui solus industria sua, aut familiam, aut laborantem rempublicam aliquam sustentat. Demea Terentianus in Adelphis sic de Geta seruo: Præterea hic Geta (inquit) ut captus est seruorum, non malus, neque iners alicuius: Solus omnem familiam sustentat.

Desiste manum committere
Teucris.

Hoc uersu monebimus quempiam, ut litigare desistat cum potentiore, ne illius uires tandem magno suo malo experiatur. Est nescio cuius apud Maronem, dehortantis Turnum, ne contra Troianos armis contenderet, qui non sine ope diuina putarentur

beb

bellum gerere.

Magnę spes altera Romę.

Cum Cicero forte in locum Romę uenisset, ubi Vergilij Bucolica recitabatur, animaduertissetq; uersus quosdam minimę triuiales, iussit ab exordio totam Aeglogam recitari. In qua cum poęta magnā spem futurę prębisset eloquentię, addidit in laudem eiusdem: Magnę spes altera Romę. Vnde accommodare hoc quoque libet, ubi mentio fiet neoterici quidem scriptoris, uerum cum ueteribus illis conferendi.

Nulla dies pacem hanc Italis,


nec foedera rumpet.

De firma amicitia.

Nouę rediere in pristina uires.

Hoc uersu innuet se quispiā, immis-
sas ualetudine uires resumpsisse.

Non



Non hæc humanis opibus, nō
arte magistra, Proueniunt.

Si quis innuet se à periculoso quopi
am morbo, non medici, sed solius dei
auxilio leuatum, usurpabit illud; Nō
hæc humanis opibus, non arte magi
stra Proueniunt.


Disce puer uirtutem ex me,
uerumq; laborem.

Est primis exemplo, filium ad uirtu
tem capescendam excitantis.

Facito mox, cum matura adole
uerit ætas, Sis memor, & te ani
mo repetentem exempla tuo
rum, Et ipse Aeneas auunculus
excitet Hector.

Est ad uirtutem hortantis quempiã
exēplis maiorū, quibus sit pgnatus.

Obstupuit uaria confusus
immagine rerum.



In eum qui latine loquētes miratur,
opem intelligens omnino nihil.

Deserit & muros, & summas
deserit arces, Præcipitatq; mo-
ras omnes, opera o-
mnia rumpit.

De eo qui relictis domi rebus omni-
bus, ad aliquam rem properat accersitus:
aut omnia reliquit, ut paululum ami-
codet opere.

Non me tua feruida tenent.


Dicta ferox.

Vbi quis innuet non moueri se, ne-
que terreri magnificis cuiuspiam uer-
bis, adducet illud: Non me tua ferui-
da terrent Dicta ferox.

Succellum dea dira negat.

Hoc uersiculi in fortunam usurpabi-
mus, si qd nobis nõ cesserit ex sētētia.

Quam longa una dies, etas tam
lon



longa rosarū. Et paulo post.
 Quam modo nascentem ru-
 tilus conspexit Eous, Hanc
 rediens sero, uespere
 uidit anum.

His Maronianis uersiculis admone-
 bimur breuitatis uitæ humanæ, quæ
 in sacris codicibus fœno cōparatur,
 & floribus agri.

Collige uirgo rosas, dū flos no-
 uus, & noua pubes: Sed me-
 mor esto, quum sic pro-
 perare tuum.

Dum adolescēs es, compara tibi bo-
 nas literas, quibus senectutem oble-
 ſtes. Habet enim ea ætas, nescio quid
 mali, quod nulla alia re facilius expu-
 leris, quàm studijs literarum.

Arcanū demens detegit ebrietas.
 Caue ebrioso credas, q̄ celatū uelis:

nam ebrius animi secreta proferet.

Et pudor & probitas, & metus
omnis abest.

De sæculo corruptiore, quo quodlibet
idem licere putant homines.

Fines horum transiluisse nocet.

Quoniam autore Plinio, perniciosissimum
est in omni uita, quod nimum: idcirco
tot in mediocritatis commendationem,
sententias poëtæ reliquerunt: Et hic
Maronis uersiculus, nos monet seruandæ
mediocritatis in rebus omnibus.


Non somnum capit, aut qui
escit unquam.

De homine studioso, noctu plurimum
lucubrante.

Si quis habet nummos, ueniens
exibit inanis.

Poterit hoc trahi ad meretricem in

H ex



explebilem auiditatem, quæ amato-
res suos petendo, redigunt ad egesta-
tis terminos.

Nullus ubiq; potest felici lude-
re dextra.

Nemo est perpetuo fortunatissi-
mus. Ludere fortuna gaudet, quæ nū-
quā uerius fortuna appellatur, quàm
dum ludit.


Cerberus extremi suprema
est meta.

Vna mors curis nos, & huius uitæ
soluit laboribus, ad quod innuendū
mire conuenit illud: Cerberus extre-
mi, suprema est meta laboris.

Labor omnia uincit improbus
Nihil tam difficile, quod non assidu-
us perrumpat labor.

Multa adeo melius gelida se
nocte dedere,

Nos



Nox meditationi & studijs est aptior, cū omnia tacent, & nihil lucubrantī obstrepitat. Furibus quoq; nox amica: eo enim tempore, furta magis cedere solent ex sententia.

Seros hyberni ad luminis ignes Peruigilat.

De lucubrāte sepius ad multā noctē.

Hyems ignaua colono.

Vt aestas flagrantior, ita hyberna etiam frigora nos à studijs auocant.

Veterem in limo ranæ cecidere quærelam.

Non in facete dicetur in hominem semper aliquid petentem. Vt uxores solent & pueri.

Omnibus est labor impendendus. Nihil sine labore absoluitur.

Adeo in teneris consuescere multum est.

H 2 Per



Permagni refert quibus sis rationi-
bus educatus.

Me uero primum dulces an-
te omnia musæ, Quarum sa-
cra fero, ingenti percussus a-
more, Accipiant.

His uersibus loci quippiã erit, si quis
innuere uolet, se musarum studium
mercaturæ præferre.

Illum non populi fasces, non pur-
pura regum Flexit.


De homine minime ambizioso.

Optima quæq; dies miseris morta-
libus qui Primã fugit, subeunt
morbi, tristisq; senectus.

Significat tẽpore nobis labi, & inte-
rea obrepere nõ intellectã senectutẽ.

Fugit irreparabile tempus.

Monemur hoc uersu, ne sinamus
annos meliores inaniter effluere: non
enim



enim redit, quæ semel præterijt dies.

Continuo culpam ferro cõpescce,
priusquam Dira per incautũ
serpat contagia uulgus.

Significat principio malis occurren-
dũ esse, ne neglecta grassentur latius.

Nos immensum spacijs confeci-
mus equor: Et iam tempus, equũ
fumantia soluere colla.

Hoc carmine indicabimus, rei cui pi-
am finem imponi. Ut nũc defatigati
nos, quod reliquum est in his annota-
tionibus, ab alio scribi cupimus, non
laborantes quocunq; nomine circun-
feratur opus, modo non autores fue-
rimus, ut tam utilis lucubratiõ ad stu-
diosam iuuentutem peruenerit.

Insignium sententiarum Ver-
giliij Finis.

H § Ioan



IOANNES LVDOVICVS VIVES
Adriano Barlandosuo S.



Narravit mihi Iacobus Poterius, amicus mihi tibiq; cōmunis, qui quàm sit in re omni consummatus, quantoq; literatos prosequat̃ amore nosti, quē cum posset famigerata patria clariq; natales cōmendare, se unicuiq; dulcedine sua laudandū exhibet ac diligendū, eū medijsfidius ita amo, ut sanguinē corporis mei (si rem scirē fore gratā) profunderē. Narravit (inquā) is mihi mense superiore, te optimos quosq; Vergilij adagiones collegisse. Neque em̃ is misocalos est, q ab ista tua politissima abhorreat literatura, q mihi cum ab illo nondū peterem, uerum quotidiano (ut est apud Quintilianū) cōuitio efflagitarē, tandem post dies
mul

multos (nescio ex quibus Labyrinthi
penetralibus) erutum mihi tradidit: quod
non tam lectum quam uoratum, fauces ita
dulcoratos dimisit, ut auuiditatem auxerint,
non ut, antea glutendi, sed comedendi
ruminandiq; & Philoxenicum expetendi guttur.
Altius igitur cum sensa operis rimarer tui, ex medio
mediusfidius latio, propter sermonis puritatem,
ex medijs Athenis, ob grauitatem sententiarum
depromptum mihi uidebatur. Quid de Vergilio loquar,
quam tuis de eo bene meritis Barlande candidissime,
postera uiderint secula, quod feceris ut iam non
philotimos, mendaxq; poeta, sed grauissimus philo-
sophus exeat, talisq; poeta, quales Horatius & Strabo,
primos illos ac antiquissimos fuisse dicunt. Quorum
possem, primam quandam philosophi-

H 4 am

am affirmarunt. Si enim Vergilij dicta non ad nugas referenda sunt, sed ad eas (ut de Homero doctissimus Erasmus fecit) quæ maximè sapientum sunt parcœmia, fit ut nihil de ipso, utpote nullius ingenij, minimeq; doctrinæ autore, Caligula Cæsar iure poterit causari, quin potius uere sophos & humanæ uitæ institutor appareat. Ede igitur (nã iam plus satis maturum) demerearis tibi totam, non modo bonarum literarum studiosam pubẽ, sed iuuenum ac senum scholam, uiros præcipuè, qui tantum Vergilio latinis, quãtum Demostheni & Homero græcis tribuunt. Quos ego de Romanis rebus, quam optime iudico meritos. Vale

Louanij.

Res



Res ad triarios redijt.

Romanum extat adagium, elegans cum primis & annotandum: Res ad ad triarios redijt. Eo licebit uti, cum significabimus rem eò periculi redactam esse, ut extremo conatu, summisq; uiribus sit enitendum, & ad summa confugiendum consilia: quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse uideatur, unde subsidium sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiã literaria, mediocribus ambigentibus, ad unum aliquem summæ doctrinæ uirum rem deferre cogeremur. Aut in ancipiti negotio, potentissimorum amicorum opem implorare compelleremur, quos nõ nisi maxima quadam adacti necessitate, soleamus interpellare. Deniq; si cū uulgaribus illis consilijs res explicari

H S calli

EX ERASMO

nequit, ad nouū aliquod, & egregiè
callidum cōfugitur. Quemadmodū
Terentianus ille Phormio in sui no-
minis fabula, cum significaret neque
in Antiphone, neque in Phēdria, ne-
que in Geta satis esse præsidij, ad re-
tundendam senis sæuitiam: Ad te, in-
quit, Phormio, summa redit. Natum
est adagiū à ratione modoq; compo-
nendi Romani exercitus. Refertur au-
tem pariter & explicat à Tito Livio,
primæ decadis libro octauo, cuius
uerba libuit subscribere: Postremo in
plureis ordines acies distribuebatur.
Ordo enim sexagenos milites, duos
cēturiones, uexillarium unum habe-
bat. Prima acies hastati erant, mani-
puli quindecim, distantes inter se mo-
dicum spacium. Manipulus leuis, ui-
cenos milites, aliam turbam scutato-

rum

PROVERBIUM

rum habebat. Leues autem, qui hastā tantum gessaq̄ gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebant̄ scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alijs quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat. Earum unamquanc̄ primum pilum uocabant. Tribus ex uexillis constabat. Vexillū centum octoginta tres homines erāt. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem spectatæ uirtutis. Secundum rorarios minoris roboris, ætate factisq̄. Tertium accensos, mini

minimæ fiducia manum. Eo & in postremam aciem reijciebatur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati hostem profligere non possent, pede presso eos introducetes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati prosequabantur. Triarij sub uexillis confidebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, ut haud secus quam uallo septa inhorreret acies tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur: inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, ubi interualla ordinum suorum principes & hastatos

hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus, uelut claudebant uias, unoq; continente agmine, iam nulla spe post relicta, in hostē incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, cū uelut uictos insecuti, nouam repente aciem exurgentem, auctam numero cernebāt. Haftenus Titus Liuius. Cuius ex uerbis, satis arbitror liquere p. uerbiū, ut nostra interpretatione iam nō sit opus. Item Vegetius de re militari libro secūdo, declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebāt, ut si primam aciem uinci contigisset, ab ijs integrato praelio uictoria repararetur. Modestus in libello de uocabulis rei militaris: Sextus, inquit, ordo post omneis, à firmissimis & scutatis, & omni genere



EX ERASMO

nerē armorum munitis, bellatores tenebantur, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti & integri acrius inuaderent hostes, post ultimas acies sedere consueuerunt. Et si quid in primis ordinibus accidisset, de eorū uiribus reparaturis, spes tota pendebat. Flavius Vopiscus in uita Firmi imperatoris, indicat robustissimum quenq; militem in triarios allegi solitos, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento quod triarium quoque uinceret.

FINIS.



E R R A T A

Pag. 39. quandam imaginem *submiser.*

**BASILEAE EXCVDEBAT
HENRICVS PETRVS
MENSE MARTIO,
A N N O**

M. D. XXXV.





